



Theologiae Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Intellectu & Scientia Dei, ejusque Objecto. Item de
voluntate & volitione Dei, ejusque Objecto

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Sectio IV. De objecto creato possibili.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73680](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73680)

SECTIO QUARTA

DE OBIECTO CREATO POSSIBILI.

67

1. **T**riplex est possibilis. **Q**uid sit possibile logicum ex Scoto.

Quid sit possibile physicum ex eod.

2. **Q**uo sensu dicitur potentia, terminus illius potentia (v.g. Filius in divinis) potest dici simpliciter possibile. Sed possibilitas illa non repugnat formaliter necessario, licet possibilitas, de qua Philosophi loquuntur de potentia activa, & passiva proprie, repugnet necessitati ex se. Igitur, secundum Scotum, in Deo datur possibilitas logica, tam ut sit, quam ad generari, aut produci; secus possibilitas Physica, sive activa, sive passiva proprie; quia hæc est ad aliud in natura, & repugnat necessitati ex se: Deus autem est ens summe necessarium, & unus in natura seu essentia.

3. Et ideo omnipotentia divina, quæ est maxime activa, non habet pro obiecto suo adæquato omne possibile, ut bene advertit Smising tr. 3. disp. 7. qu. 3. dicens n. 36. Cum possibile variis modis accipiat, ut sumitur ex Philosopho 5. Metaph. text. 17. & lib. 1. Poster. cap. 3. nempe pro possibili communi ad necessarium, & contingens; estque possibile sic acceptum nihil aliud, quam id, cui non repugnat esse, sive necessitatio sit, sive non; pro possibili necessario, cui etiam repugnat non esse, & pro possibili contingenti, cui non repugnat non esse, explicant DD. possibile, quod est obiectum divinæ potentia (scilicet physicae & propriæ dictæ) esse solum, & omne possibile 3. modo. Nam possibile primo modo est commune enti, non eadenti sub alicujus potentiam effectivam, nempe enti per essentiam, seu Deo; & possibile secundo modo est soli tali enti proprium. Hæc ille.

4. Nota etiam ex Scoto 2. dist. 12. qu. 1. duplicem esse potentiam, seu possibilitatem physicam,

unam subjectivam seu passivam, qualem habet materia respectu formæ, & signum respectu caloris; alteram verò objectivam seu activam, quæ, si fuerit effectiva, respicit possibilitatem, seu possibile metaphysicum, quod est possibile obiectivum. Aliquid (loquitur Scotus sup. n. 10) potest esse in potentia dupliciter. Uno modo ut terminus: alio modo ut subiectum, quod est in potentia ad terminum: & forte est eadem potentia; sed ut comparata ad diversa dicitur objectiva, vel subjectiva: ita quod subiectum existens dicitur in potentia subjectiva: & eadem, ut respicit agens, dicitur objectiva: possunt tamen separari, ut in creabili, ubi est potentia objectiva, & non subjectiva; quia ibi non subicitur aliquid.

Hanc potentiam objectivam vocat Scotus 9. Metaph. q. 2. n. 6. metaphysicam, ibi: Creabile est possibile creati, non tantum potentia logica, quia illa, quantum est de se, posset esse sine activa, ut dictum est prius: propter hoc ergo ponitur ista potentia metaphysica in essentia possibili aliqua entitas, qualis non est in Chymara. Sed de fundamento ejus, qualem entitatem habet, antequam existat difficultas est magna. Queritur, inquam, quid sit creatura possibilis, & à quo habeat esse, non virtuale, & contentum in sua causa, & potentia producente, quæ est Deus, seu creatrix essentia, juxta Aug. in illud Joan. 1. Quod factum est, in ipso vita erat, & Ansel. in Monolog. c. 34. sed esse formale & proprium creaturæ. Pro resolutione, Dico primò:

CONCLUSIO I.

Creatura possibilis ante cognitionem Dei nullum habet esse formale, sive positivum, sive negativum.

Videtur esse D. Aug. lib. 5. de Gen. ad lit. c. 18. ibi: Proinde antequam fierent (creaturæ) & erant, & non erant: erant in Dei scientia, non erant in sua natura. Et Ser. 11. de Verbis Apost. sic ait: Eliguntur, qui non sunt, nec errat qui eligit, nec vanè eligit. Elegit tamen, & habet electos, quos creaturus est eligendos: habet autem apud se ipsam, non in natura sua, sed in præscentia sua. Ratio est manifestata: quia omnis creatura necessario producit à Deo: ergo esse formale ipsius dependet à Deo, sive positivum fuerit, sive negativum: Ergo ante cognitionem Dei nullum tale esse habet. Hæc Consequentia probatur quia, ut superius ostensum est, Deus non operatur, nisi per intellectum, & voluntatem; sed esse, quod habetur per voluntatem, est esse volitum & futurum; volitio autem

Duplex est potentia physica.

na est objectiva, altera subjectiva, ex Scoto.

5. Objectiva vocatur metaphysica.

Quid sit creatura possibilis, & à quo habeat esse.

6. Nullum habet esse formale, ante cognitionem Dei, ex D. Aug.

Probatur ex ratione.

præsupponit cognitionem, & esse possibile præsupponitur esse futuro: ergo vel independentem à Deo creatura habet esse possibile, vel habet illud per cognitionem. Non primum; nam sic esset ens à se, atque adeò creatura, & non creatura, quod implicat; ergo secundum, & per consequens, non habet esse ante cognitionem, ut asserit nostra Conclusio, quæ est Scoti, ut patebit ex dicendis Conclus. seq.

7.
Prima ob-
jectio.

Prius videamus, quæ ab Adversariis præfenti Conclus. obijciuntur. Et primum quidem: si per impossibile (inquiunt) Deus non esset intellectus, & esset omnipotens, non per intellectum, & voluntatem, adhuc essent possibilia; quia prædicata eorum non implicarent contradictionem; ergo prius sunt possibilia, quam à Deo cognoscantur; sicut prius sunt futura, quam à Deo cognoscantur, & prius sunt aliqua peccata, quam cognoscantur, & prohibeantur à Deo. Respondet Felix sup. cap. 4. num. 11. Neg. Antecedens; nam (inquit) ut docet Scotus 1. dist. 7. q. 1. §. Ad questionem, si per impossibile non esset Deus, & esset aliquis intellectus, cognoscens hæc extrema: *Mundus erit, esset possibile, secus verò, si esset omnipotens, & non esset intellectus*; quia tunc non essent extrema, quæ non repugnant. Unde si Deus non cognosceret creaturas, per locum intrinsecum sequeretur, creaturas non esse, adhuc secundum non repugnantiam. Discrimen est de futuris: nam hæc habent esse per decretum Dei; possibilia non præsupponuntur ad cognitionem, nec peccata, quæ sunt intrinsecè mala. Sic ille.

Solutio Fe-
licis.

8.
Ad non re-
pugnantiam
requiritur
intellectus
ex Scoto.

Subscribo verba Scoti loc. cit. num. 7. Et si queratur: quid est potentia generandi in divinis isto modo? Respondeo: non oportet dare aliquod principium, quod aliquis sit potens generare: sufficit enim sola non repugnantia terminorum. Sicut si ante mundi creationem mundus non solùm non fuisset, sed per impossibile Deus non fuisset, & incepisset à se esse, & tunc fuisset potens creare mundum, si fuisset intellectus aliquis ante mundi creationem, componens hanc: *Mundus erit: hæc fuisset possibilis, quia termini non repugnant*: non tamen propter aliquod principium in re possibile, nec propter activum sibi correspondens. Nec etiam modo illa: *Mundus erit, fuit possibilis, formaliter loquendo, de potentia Dei*; sed potentia, quæ erat non repugnantia istorum terminorum, quia isti termini non repugnant: licet istam non repugnantiam concomitaretur potentia activa respectu hujus possibilis. Ita Doct. Subt. Ubi, ut vides, ad non repugnantiam requirit intellectum, utique propter cognitionem extremorum. Itaque implicat per locum intrinsecum, esse illam non repugnantiam extremorum, & Deum non cognoscere; quandoquidem ante illam cognitionem non sit illa non repugnantia, hæc etenim necessario supponit extrema, quæ tamen non sunt sine cognitione Dei. Et ita patet, quod possibilia ante cognitionem nequidem esse formale negativum, id est, illam non repugnantiam habeant, quidquid Aliqui dixerint. Aliud est de rebus

Implicat
esse rem
possibilem,
& non esse
cognitionem.

futuris; quia hæc habent esse futurum per decretum Dei. Unde sicut implicat per locum intrinsecum, rem esse futuram, & non esse decretum; ita pariter, esse rem possibilem, & non esse cognitionem. Quod attinet peccata, etiam intrinsecè mala, non sunt hæc ante cognitionem; imò probabiliter nec ante prohibitionem. Quomodo autem Deus cognoscat mala, infra suo loco dicetur. Hæc ergo objectio parvi est momenti.

Nec majorem difficultatem habet, quod sequitur: Scientia speculativa supponit suum objectum, non efficit; sed scientia simplicis intelligentiæ, quæ respicit possibilia, est speculativa, ut patet ex ante dictis; ergo non efficit possibilia. Respondet Felix, sup. in fine: quod Major absolute est falsa; nam licet efficiat, dummodo non dicat de rectitudine praxis, adhuc erit speculativa. Sic ille. Efficit ergo scientia simplicis intelligentiæ possibilia, non in esse reali, sed in esse cognito, quod est esse diminutum, ut patebit ex dicendis.

Sed contrà, & erit tertia objectio: Si creaturæ producuntur in esse diminuto à cognitione Dei; ergo & ipse Deus, quatenus à se cognitus ab æterno, poterit dici productus in esse diminuto seu cognito; & quando creatus intellectus intelligit solem, poterit dici sol ab eo productus in esse cognito seu diminuto, quæ sunt absurda. Respondet Smising tract. 3. disp. 2. n. 37. esse cognitum per se non sufficere juxta intentionem loquendi Scoti (est enim difficultas de modo loquendi) ad hoc, ut quidpiam dicatur productum in esse cognito; sed talis productio in esse cognito supponit, productum antè cognitionem non habere aliquod formale, seu proprium esse; sed primò per cognitionem accipere quoddam esse formale seu proprium, nempe, secundum quid: nam si habeat esse proprium simpliciter, vel secundum quid ante cognitionem, non dicit Scotus, illud per cognitionem produci in esse cognito. Sic ille.

Loquatur Scotus pro se, ætatem habet. Igitur 1. dist. 13. q. un. §. Aliter ponitur, num. 10. sic ait: Si distinctio creaturarum necessario præsupponeret distinctionem idearum, ac per hoc Deus sub ratione unius ideæ esset causa, & propria ratio respectu unius ideæ, hoc idem esset, quia esse diminutum Dei, scilicet esse cognitum, esset simpliciter perfectius, & prius naturaliter esse perfectio ideæ: quia ideata sunt respectu Dei artificialia: & esse cognitum artificis vel exemplaris, in quo artificiatum habet esse, est simpliciter prius ipso esse essentia ipsius ideæ. Sed illa ratio omnino deficit in Personis divinis; quia esse cognitum essentia (divina) non potest esse prius naturaliter perfectio esse essentia in se. Et idè licet illa prima Major falsa esset, ad cuius probationem appositæ sunt quatuor rationes in agente artificiali; non tamen esset falsa in productione naturali; ubi esset communicatio ejusdem naturæ, sicut est in proposito (puta, in productione Personarum in divinis) quia ibi non videtur, quod aliquod esse cognitum posset naturaliter præcedere

cedere naturale esse ipsius naturæ. Nam essentia divina prius naturæ, quam cognoscatur etiam à divino intellectu, jam habet esse existentie in se & formaliter; cum de ipsius essentia sit esse. Deus ergo (inquit Smilg sup.) absolute spectatus non potest dici productus in esse cognito.

Dicit: *Absolute spectatus*: nam (inquit) relationes divinæ, & Personæ, quatenus per eas constitutæ in illo priori naturæ, quo essentia divina antecedit illas, intelligit illas, & sic videri possent prius dicendæ produci in esse cognito, quam sint in se. Tamen non existimo sic loquendum; nam illud prius naturæ, quo essentia est prior relationibus, & Personis, non est prius in quo, sed à quo: cum autem dicitur aliquod esse prius alio esse producti, est sermo de instantibus in quibus, & de ipsis esse, inter quæ sit ordo durationis, vel saltem possit esse. Quod addo propter creatum esse, quia licet creatura habuisset esse existentie simpliciter ab æterno, prius naturæ esset producta in esse cognito, quam in esse existentie simpliciter; quia potest naturæ suæ habere esse simpliciter post non esse simpliciter, & prius naturæ cognoscetur à Deo secundum esse existentie, quam existentie: hoc autem in relationibus & Personis divinis locum non habet; quia adæquate & identice habent idem esse cum essentia divina; adeoque tam sunt entia necessesse, ac illas, atque ita non possunt concepī in aliquo esse existentie, abstrahente ab esse simpliciter. Hucusque præfatus Auctor. Et placet.

13. Quantum ad solem, & alia creata ab intellectu nostro cognita, Scotus 1. dist. 36. s. Concedo conclusionem, n. 6. in medio sic scribit: *Si aliquid non sit, potest tamen à nobis intelligi, & hoc sive essentia ejus, sive existentia ejus, & tamen non propter intelligentiam nostram ponitur, quod illud habeat verum esse existentia.* Nec etiam est differentia aliqua, quoad hoc, ut videtur, inter intellectum divinum & nostrum, nisi quod intellectus divinus producit illa intelligibilia in esse intelligibili primo, noster non producit primo. Sed si istud esse non est ex se tale, quod requirit esse simpliciter, producere illud in tali esse non est producere illud in aliquo esse simpliciter; & ideo videtur, si istud esse intelligibile comparando ad intellectum nostrum non requirit esse simpliciter, comparando etiam ad divinum intellectum, producentem in isto esse, non erit esse simpliciter: quia si esse album non est nisi esse qualitativum, producere in esse albo non est producere in esse substantia, vel simpliciter, sed tantum in isto esse qualitativo. Similiter intellectus noster agens producit rem in esse intelligibili, licet sit producta prius: & tamen propter illud producere intellectus nostri agentis non ponitur res sic producta habere esse simpliciter. Hæc ille. Ubi, dum negat, intellectum nostrum producere creaturas in esse intelligibili primo, satis significat, posse dici ab eodem intellectu productas in esse cognito secundum quia (inquit Smilg. sup. in fine) quot sunt cognitiones, tot sunt esse cognita; sicut quot sunt termini, tot sunt terminationes.

Sed nunquid istud esse cognitum secundum dici debet esse diminutum? Negat Felix sup. n. 12. sed solum, inquit, ponit extrinsecam denominationem cogniti. Ex quo patet (prosequitur) quod non omne, quod cognoscitur, est prius cognoscibile: nam, ut ait Scotus 2. dist. 1. q. 1. s. *Quantum ad hoc*, n. 14. secundæ intentiones sunt ab intellectu, & ante cognitionem non præsupponuntur cognoscibiles. *Sicut in nobis* (inquit Scotus) *intentiones secundæ producuntur per intellectum, & non sunt in memoria, ut memoria est.* Quidni ergo intellectus divinus possit producere possibilia in esse cognito, ac dare ipsis esse diminutum, antequam sint in memoria, ut memoria est; id est, antequam habeant aliquod verum esse reale essentia? Non est dubitandum.

Pro quo nota, Henricum Quodlib. 8. q. 1. & 9. & Quodlib. 9. q. 1. & 2. & Quodlib. 11. q. 3. & in Summa 2. 3. q. 23. & 25. (ut refert Smilg sup. n. 32.) tribuere creaturis aliquod reale esse essentia æternum, ratione cuius sint objectum divini intellectus, ut abstrahunt ab existentia actuali; quia sine tali realitate ipsius esse essentia putat, non posse illud esse à Deo cognosci. Similiter, quoddam esse æternum creatis essentis tribuisse Joan. Wiclef inter ejus errores recenset Waldensis lib. 1. Antiquæ fidei c. 8. & in eodem errore fuisse Scotum, referunt Cajet. 1. p. q. 14. a. 5. & Bannez q. 10. a. 3. & quidam Alii, eo quod Scotus 1. dist. 35. & 36. scripserit, creaturas habere quoddam esse cognitum ab æterno, in quo prius sint productæ, quam in esse existentie producantur in tempore: quam Scoti citationem falsitatis satis redarguerunt Recentiores, ut Vasquez 1. p. disp. 70. c. 2. n. 8. & disp. 104. c. 3. num. 9. & Suarez disp. 30. Metaph. sect. 15. num. 27. & disp. 31. sect. 2. n. 1. Scoti autem sententia ex ipsius verbis mox clare patebit; ac præterea ex eo dicta Scoti citatio absurda apparet, quod ipse illam Henrici sententiam ex proposito impugnet; quomodo ergo eodem loco eam tene-repotuit? Quid ergo docet Scotus? Jam edissero, eritque

CONCLUSIO II.

Primum esse, quod possibilia habent à Dei intellectu, ut à causa efficiente, est esse diminutum, quod formaliter est ens rationis.

16. Prima pars est Scoti 1. dist. 43. q. un. n. 5. s. *Aliter dico, ibi: Per ipsam potentiam sub ratione, quæ est omnipotentia, non habet objectum, quod sit primo possibile; sed per intellectum divinum producentem in primo instanti illud in esse intelligibili: & intellectus non est formaliter potentia activa, quæ Deus dicitur formaliter omnipotens, & tunc res producta ab intellectu divino in esse talis, scilicet intelligibili*

14. An hoc esse debet dici esse diminutum. Negat Felix.

15. Henricus tribuit creaturis aliquod esse reale æternum.

16. Wiclef inter ejus errores recenset Waldensis lib. 1. Antiquæ fidei c. 8. & in eodem errore fuisse Scotum, referunt Cajet. 1. p. q. 14. a. 5. & Bannez q. 10. a. 3. & quidam Alii, eo quod Scotus 1. dist. 35. & 36. scripserit, creaturas habere quoddam esse cognitum ab æterno, in quo prius sint productæ, quam in esse existentie producantur in tempore: quam Scoti citationem falsitatis satis redarguerunt Recentiores, ut Vasquez 1. p. disp. 70. c. 2. n. 8. & disp. 104. c. 3. num. 9. & Suarez disp. 30. Metaph. sect. 15. num. 27. & disp. 31. sect. 2. n. 1. Scoti autem sententia ex ipsius verbis mox clare patebit; ac præterea ex eo dicta Scoti citatio absurda apparet, quod ipse illam Henrici sententiam ex proposito impugnet; quomodo ergo eodem loco eam tene-repotuit? Quid ergo docet Scotus? Jam edissero, eritque

Vasquez. Suarez.

16. Intellectus facit primum objectum omnipotentia, producendo res in esse intelligibili. Scotus.

ligibili in primo instanti natura habet seipsa esse possibile in secundo instanti natura, quia seipsa formaliter non repugnat sibi esse, & seipsa formaliter repugnat sibi habere esse necessarium ex se: in quibus duobus stat tota ratio possibilis, in quibus correspondet rationibus potentia activa. Quæritur ab ipso: an dictum esse intelligibile sit verum & reale ens? Respondet 1. dist. 13. q. un. §. Aliter ponitur.

17. Quod est tantum ens rationis, tantum habet esse in intellectu, quia ens rationis non causatur ab objecto, nisi inquantum cognitum, & ut sic non habet esse, nisi in intellectu, quod est ens diminutum, ex 6. Metaph. nihil autem, secundum quod ens diminutum, est propria ratio entis veri.

An hoc esse sit verum & reale ens. Negat Scotus

17. Esse diminutum non est tantum relatio rationis sed aliquid absolutum.

Est ab æterno esse secundum quid totius, non partis.

18. Cujus totum esse objectivum est in intellectu, illud est ens rationis.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Scotus.

Et clarius suam mentem expressit 1. dist. 36. q. un. §. Contra istud obicitur, n. 10. Dico, quod productio ista (in esse cognito) est in esse alterius rationis ab omni esse simpliciter: & non est rationis tantum, sed etiam fundamenti absoluti, non quidem secundum esse essentia, vel existentia, quod est verum esse, sed secundum esse diminutum, quod esse est esse secundum quid, etiam entis absoluti: quod tamen ens absolutum secundum istud esse diminutum concomitatur relatio rationis. Probat exemplo: Si Caesar (inquit) esset annihilatus: & tamen esset statua Caesaris. Caesar esset representatus per statuam. Illud esse representatum est alterius rationis ab omni esse simpliciter, sive essentia, sive existentia, nec est esse diminutum Caesaris, quasi aliquid Caesaris habeat hoc esse, & aliquid non, sicut Ethiops est diminute albus, quia aliquid ejus est vere album, & aliquid non: sed totius Caesaris, & esse ejus a causa sua est verum esse existentia, & essentia, cujus totius, secundum totale esse suum est istud esse secundum quid, & in ipso secundum istud esse secundum quid, potest esse aliqua relatio ad statuam. Et licet possit poni calumnia in exemplo, non tamen ita in proposito de intellectione, & objecto, quoniam objectum totum, secundum etiam totale esse suum, diminutum, esse habeat in intellectu.

Cujus autem (inquit Smif sup. n. 35.) totum esse objective est in intellectu, illud est ens rationis, secundum Scotum 4. dist. 1. q. 2. a. 1. & libi. Et de illo esse diminuto, seu esse cognito, objecti rursus addit Scotus immediate post verba recitata: Et si velis querere aliquid esse verum hujus objecti, ut sic, nihil est querere, nisi secundum quid, nisi dicatur quod istud esse secundum quid reduciatur ad aliquid esse simpliciter, quod est esse ipsius intellectionis: sed istud esse simpliciter non est esse formaliter ejus, quod dicitur esse secundum quid, sed est ejus terminative, vel principiative, scilicet tanquam cogniti in cognoscente ita quod ad istud verum esse illud esse secundum quid reduciatur: ita quod sine isto vero esse istius non esset illius esse secundum quid. Et ead. q. ad primum principale, & ad argumenta Henrici docet, hominem ab æterno, ex quo habuit esse cognitum a Deo, non magis habere esse, quam chimæram; sed tam esse nihil, quam istam. Hæc sunt verba Scoti n. 15. Ita in proposito, homini in æternitate inesse non esse aliquid, & Chimæra non esse aliquid.

In quo ergo distinguitur homo a Chimæra? Sequitur apud Scotum: sed homini non repugnat

affirmatio, quæ est esse aliquid, sed tantum inesse negatio propter negationem actus, vel causæ, non potentis in esse: Chimæra autem repugnat, quia nulla causa potest in ea causare esse aliquid. Sed quare homini non repugnat, & Chimæra repugnat? Ratio est: quia hoc est hoc, & illud est illud. Eandem explanationem istius esse cogniti æterni habet Doct. 1. dist. 8. q. 5. §. Contra istam Conclusionem, n. 16, circa finem: Quod instatur de intellectu, non est simile, quia intellectum esse necessario respectu alicujus objecti, non ponit illud esse aliquid in emittente reali aliud a primo objecto, quia esse cognitum ab intellectu divino non ponit illud esse in se, sed in intellectu præsentialiter. Hæc latius ex Scoto, ut Adversarii desistant calumniari, quasi docuisset errorem Wiclef, tribuendo creaturis aliquod reale esse essentia æternum: à quo longè Scotus absuit, ut patet ex ejus verbis hic recitatis.

Exploditur autem hic error: Primò, quia ex eo sequeretur, creaturas neque creari posse à Deo, neque annihilari. Sequela probatur; nam si esse reale creaturæ est ab æterno: ergo, quando produciatur à Deo de novo, non produciatur ex nihilo, quod est necessarium ad creationem; neque posset creatura in nihilum reduci à Deo, si vellet eam destruere; nam permaneret illud esse reale, quod ab æterno erat. Si lapsus (inquit Scotus 1. dist. 36. q. 1. n. 3.) præhabuit esse verum reale, igitur, quando produciatur ab efficiente, non produciatur ex nihilo. Et intrà: Secundum eandem viam per oppositum de annihilatione sequitur, quod non possit aliquid annihilari: sicut enim produciatur de ente secundum essentiam, ita videtur redire in ens secundum essentiam, & non in nihil. Secundò arguitur contra hunc errorem: quia tale esse reale essentia vel est quid increatum, & esset Deus, & actus ac per consequens, non esset ens possibile: vel esset creatum: ergo existens, & jam creatura esset ab æterno, quod est contra fidem. Ita Felix sup. n. 3. Omittit a. Felix, lia plura, quæ apud Scotum loco citato possunt videri.

Et concludo cum Smif. sup. n. 38. Circa modum igitur loquendi Scoti de productione creaturarum ab æterno in esse cognito nulla relinquitur difficultas. Et dico, Circa modum loquendi, nam de illo esse cognito Scotus non differuit tanquam de re alicujus momenti, ut plerique imaginantur, & operose in Scotum agunt, nobisque occasionem dederunt de illo esse cognito fusius tractandi: quam festinus Lector desiderabit; sed solum illo loquendi modo obiter contra Henricum usus est Scotus, ut negaret omne proprium esse simpliciter creaturæ ab æterno, & suâ solitâ distinguendi subtilitate insinuaret, creaturas solum habere quadruplex esse positivum, (quibus addi potest quintum negativum, vel privativum, quod est non repugnantia ad esse) nimirum triplex reale, & unum rationis, quod appellavit secundum quid, & diminutum.

Primum esse reale est virtuale (sub quo eminentiale nunc comprehendo) in sua causa: secundum reale (ut reale contra ens rationis distin-

20. Exploditur error Wiclef. Primi

Scotus.

Scotus.

Felix.

21. Modum loquendi Scoti de productione creaturarum ab æterno in esse cognito nulla relinquitur difficultas.

22. Dico, Circa modum loquendi, nam de illo esse cognito Scotus non differuit tanquam de re alicujus momenti, ut plerique imaginantur, & operose in Scotum agunt, nobisque occasionem dederunt de illo esse cognito fusius tractandi: quam festinus Lector desiderabit; sed solum illo loquendi modo obiter contra Henricum usus est Scotus, ut negaret omne proprium esse simpliciter creaturæ ab æterno, & suâ solitâ distinguendi subtilitate insinuaret, creaturas solum habere quadruplex esse positivum, (quibus addi potest quintum negativum, vel privativum, quod est non repugnantia ad esse) nimirum triplex reale, & unum rationis, quod appellavit secundum quid, & diminutum.

23. Primum esse reale est virtuale (sub quo eminentiale nunc comprehendo) in sua causa: secundum reale (ut reale contra ens rationis distin-

24. Exploditur error Wiclef. Primi

25. Scotus.

26. Scotus.

27. Scotus.

28. Scotus.

29. Scotus.

30. Scotus.

31. Scotus.

32. Scotus.

33. Scotus.

34. Scotus.

35. Scotus.

36. Scotus.

37. Scotus.

38. Scotus.

39. Scotus.

40. Scotus.

41. Scotus.

42. Scotus.

43. Scotus.

44. Scotus.

45. Scotus.

46. Scotus.

47. Scotus.

48. Scotus.

49. Scotus.

50. Scotus.

51. Scotus.

52. Scotus.

53. Scotus.

54. Scotus.

55. Scotus.

56. Scotus.

57. Scotus.

58. Scotus.

59. Scotus.

60. Scotus.

61. Scotus.

62. Scotus.

63. Scotus.

64. Scotus.

65. Scotus.

66. Scotus.

67. Scotus.

68. Scotus.

distinguitur) est esse intentionale in cognoscente, quatenus omnis cognitio est quædam realis imago cogniti, loquendo largè de imaginæ tertium reale est in se, & in proprio genere: quantum est secundum quid est in esse cognito, accepto pro denominatione ab actu cognitionis resultantem. Hucusque Theod. Sed hoc ultimum intellectum de denominatione extrinsecâ, prout Smiling intelligit, non placet Felici sup. n. 20. Dubitabis (inquit hic) quid sit hoc esse diminutum creaturarum. Cajet. 1. p. q. 14. a. 6. ait: Scorum fingere hoc ens medium inter ens reale, & rationis, quod est parum fidei consentaneum, & opinio chimærica. Sed Cajet. non loquitur, ut tantum virum deest. Rursus: Scotus ab hac calumnia fuit liber, ut vidimus n. 3. Noster Herrera in 1. disp. 16. q. 3. Notab. 4. ad 4. ait: quod est quid superius ad ens reale, & rationis; nam tam entia, quam non entia possunt habere esse cognitum. Smiling tract. 3. disp. 2. n. 35. ait esse ens rationis absolutum (ut distinguitur contra respectum rationis) consistens in denominatione extrinsecâ, ab actu divinæ cognitionis resultantem; quemadmodum esse visum in pariete nihil ponit reale, sed ens rationis, & denominationem extrinsecam ab actu videndi resultantem. Pilosius disp. 28. a. ult. n. 7. ait esse ens rationis non formale, sed fundamentale. Sed hi Auctores (inquit Felix) falluntur. Primò Herrera; nam non loquimur de ente reali, vel rationis, quod denominatur cognitum; sed de ipso esse cognito, quod tribuitur à cognitione, & hoc nequit formaliter esse quid superius enti reali, & rationis. Contra Smiling: nam extrinsecâ denominatio non est ens rationis, nisi consideretur ad modum formæ inherens intrinsecæ, quod in præsentia non consideratur. Secundò: quia non est subiectum, quod extrinsecè denominatur; sed potius illud esse cognitum est primum esse secundum quid, quod creatura recipit ab intellectu Dei; ergo nequit esse extrinsecâ denominatio; neque ens rationis materiale seu potentiale; ex quo rejicitur Pilosius. Ita Felix.

23. Sed questio est de nomine, de qua parum curandum, quando constat de re; scilicet, quod esse diminutum non sit esse reale æternum. Interim nostra Conclusio cum Felice assentit, tale ens diminutum esse formaliter ens rationis. Probat ipse: nam ens rationis est illud, quod tantum habet esse objective in intellectu; sed hoc esse diminutum ab æterno nullum aliud esse habet, nisi objective in intellectu Dei: ergo est formaliter ens rationis. Contrâ: correlativa sunt simul naturæ: ergo simul naturâ Deus est intelligens lapidem, & lapis intellectus ab eo: ergo cum ab æterno est lapis intellectus ab intellectu divino; & hoc inquantum fuit aliud ab essentia divina, & ista intellectio erit realis & metaphysica non logica: ergo illud, quod terminavit istam intellectiōem, erat vera res. Ita sibi objicit Scotus 1. dist. 36. q. 1. n. 1. Respondet autem n. 12. Quod Deus ab æterno intel-

lexit lapidem & non idem sibi: & illa intellectio fuit metaphysica & realis, non autem logica. Nec tamen plus sequitur ex hoc de lapide, quod sit essentia, quam existentia; nec magis comparando ad intellectum divinum, quam meum. Sequitur quidem: igitur res semper fuit intellecta: sed arguendo, ergo res fuit in aliquo esse reali, dico, quod est fallacia secundum quid ad simpliciter. Nam arguitur ab esse secundum quid, & diminuto ad esse reale, & simpliciter. Obieitur secundò, quod proportio est passio entis: objecti autem cogniti in æternitate proportio est aliqua ad cognoscentem, & hæc talis est, quod impossibile est, non esse sic proportionatum.

Respondet Scotus sup. Quod ista proportio est relatio cogniti ad cognoscentem, & hæc est diminuta ens, in quo fundatur: relatio autem diminuta ens, non oportet, quod requirat secum entitatem simpliciter illius entis, quod determinat. Et cum dicis: non est talis proportio impossibilis ad intellectum divinum. Dico, quod bene potest esse, quod omnino niger non sit albus: nec tamen propter hoc albus secundum dentes est simpliciter albus; ita potest esse, quod omnimoda impræportio sit impossibilis ad intellectum divinum, & aliqualis proportio sit possibilis ad intellectum ejus: non tamen ad esse simpliciter. Ut sensus sit: quod licet impossibile esse simpliciter nullam proportionem habeat ad Deum; tamen ens possibile existens, licet actu non existat, poterit habere aliqualem proportionem. Tertio arguit Henricus: Sicut ens ad non ens, ita possibile ad impossibile: ergo per durationem, sicut ens ad possibile, ita non ens ad impossibile: sed omne ens est possibile: ergo omne, quod est purum non ens, est impossibile. Et confirmatur: quia si aliquid purum non ens, sive nihil esset possibile, & aliquid purum non ens esset purum impossibile, unum nihil esset magis alio nihil, quod videtur absurdum: ergo possibile non est omnino nihil, sed aliquid ens, & ita ens esset ab æterno.

Respondet Scotus sup. Quod generaliter nunquam tenet talis permutatio, comparando extrema ad inferius, & superius: imò est fallacia Consequentis: quia extrema duarum contradictionum ad invicem comparata habent proportionem conversam in inferendo, & non eandem: oppositum enim Consequentis inferit oppositum Antecedentis, & non è converso; & ideo arguere ita inferendo, sicut primum ad tertium, ita secundum ad quartum, faciunt fallaciam Consequentis. Sed è converso deberet argui, sicut primum ad tertium inferendo, ita quartum ad secundum. Ita in proposito, si omne ens est possibile; ergo impossibile est non ens: sed non è converso: ergo omne non ens est impossibile. Breviter, ista proportio est inter entia diminuta, & in esse cognito; & ita non requiritur, quod illud possibile sit ens simpliciter & reale; quia impossibile est non ens: nam quàmvis verum sit, quod omnino niger non sit albus; non tamen ex hoc sequitur, quod albus secundum dentes sit simpliciter albus: ita in præsentia, quàmvis impossibile sit non ens; non tamen sequitur, ergo possibile est simpliciter ens; sufficit, quod possit esse ens existens, quod

Obieitur.

24. Respons. Scoti.

Ens possibile habet aliquam proportionem ad Deum. Contra arguit Henricus.

25. Resp. Scoti. hoc argumentum esse fallaciam Consequentis.

Disting. inter ens possibile & impossibile.

Nihilitas aliter conuenit homini in aternitate, quam chimæra.

quod non habet impossibile. Ad confirmationem respondetur ex Scotis: quod nihilitas conuenit in æternitate homini, & Chimæra; & ita unum non est magis nihil, quam aliud, quamvis aliter conueniat uni, quam alteri. Homini conuenit, quia non est actus voluntatis Dei, dantis homini existentiam, sicut si superficies esset neutra, esset non alba; non quia albedo illi repugnet, sed quia non est causa ponens albedinem in superficie. Chimæra conuenit, quia nulla est causa, potens illi tribuere existentiam; nam illi requiritur ens. Quæ latius deducta vide apud Scotum sup. n. 13. Alia argumenta adducit Scotus ex Auctoritatibus, sed ea gratia breuitatis, & quia facillè solvuntur ex iam dictis, omitto.

26.

Quod ponitur in prædicamento debet esse ens reale possibile.

Quomodo essentia aternatur.

Sed hic nondum finis. Nam dicunt Adversarii: Quod ponitur in prædicamento, antequam creetur, est ens reale; sed homo est in prædicamento substantiæ, antequam creetur, & prout abstrahit ab existentia; ergo ab æterno est ens reale. Respondet Felix sup. n. 23. Distinguendo Antecedens; quod ponitur in prædicamento, est ens reale actualiter, Nego; est ens possibile reale, & non repugnans, Concedo; nam hoc sufficit, ut ponatur in prædicamento. Si dixeris: Quidditates rerum sunt æternæ veritates, v.g. homo est animal; ergo ab æterno sunt entia realia. Respondet idem Auctor, Negando Consequentiam. Essentiæ (inquit) dicuntur æternæ non positive, ut Deus; sed negative; quia non habent principium durationis; nam abstrahunt à tempore. Dicuntur autem necessariæ; quia impossibile est aliter se habere, ac sunt in intellectu Dei, qui illas cognoscit ut sunt. Nec hic quiescunt inimici doctrinæ Subtilis; sed insurgunt & insimulant eam erroris Abailardi, & Wicleffi. Concilium, inquit, Senonense damnauit Abailardum dicentem, esse aliquam rem extra Deum, quæ non est Deus, neque creatura; sed hoc est illud esse diminutum, quod faretur Doct. Subt. ergo incidit in hunc errorem.

27. Ostenditur, Scotum non asserere errorem Wicleffi.

Quid sit ens rationis secundum Scotum.

Ut sit de hoc Concilio, quod legi apud Binium, in quo tamen nihil simile reperi, ut, Equam; ita esset: Respondet Felix sup. Abailardum posuisse aliquid reale extra Deum, nos verò solum ponimus ens rationis, seu ens non repugnans, tanquam quid representatum in ipso representante. Sed enim, reponit quispiam, quidquid vos dicatis, doctrina Subtilis hoc non dicit; nam, secundum Scotum 4. dist. 1. q. 2. n. 3. ens rationis est respectivum, & resultat per actum comparativum intellectus. Intelligo (inquit ille) ens in anima, tanquam secundò consideratum, non tanquam primò consideratum, ad quod considerandum movetur primò anima à re extra, sed tanquam ens in primo considerato, in quantum consideratum & tale (ens rationis) ut in summa sit dicere, non est nisi relatio rationis: quia nihil habet præcisè esse in considerato ut considerato, nisi comparatio, quæ consideratum comparatur ad aliud, per actum considerantis. Sed esse cognitum creaturarum, secundum vos, est quid absolutum, &

non resultat nisi ex simplici apprehensione; ergo non est ens rationis. Respondet Felix sup. Scotum ibi loqui de ente rationis, quod in omni rigore est tale; scilicet, quod nullo modo potest habere esse, ut sunt entia rationis relativa, non verò de ente rationis absolute.

Quantum ad errorem Wicleffi quem Cajet. ut sup. audimus, tribuit Scoto; Respondet sup. n. 24. bonâ veniâ tanti viri, videtur, ipsum nec percepisse Scotum, nec caluisse errorem Wicleffi: nam iste dicebat, esse cognitum creaturæ esse ens simpliciter creaturæ, & concedebat, Deum posse simpliciter dici lapidem, hominem &c. Et hominem, lapidem &c. esse Deum. Sic refert Waldensis lib. 1. Fidei antiq. c. 1. hunc errorem. Scotus verò cum August. 5. super Genes. c. 14. ait, creaturam triplicem esse habere. Primum est esse possibile & virtuale in Deo, & est ipse Deus. potens producere creaturas. Secundum est esse cognitum à cognitione Dei, & est esse extra Deum, tamen diminutum, & ab intellectu Dei participatum, non tamen est ens absolute creatum; nam hoc est ens reale existens. Tertium est ens reale & existens, quod habet à voluntate Dei, quod est valde diversum ab errore Wicleffi. Ita Felix. Non graverit lector, adhuc unam audire objectionem. Intellectus (inquit Adversarii) dum intelligit, nihil producit; sed solum circa objectum operatur; vel si producit, est mediâ dictione; nam sic producit intellectionem: ergo creaturæ vel sunt ipsa intellectio Dei producta, vel non habent esse per intelligere, quod utrumque nos negamus. Resp. præfatus Auctor sup. concedendo, intellectione nihil produci reale, sed solum intentionale, quod habet esse in ipsa intellectione; sicut quando Antichristum cognosco: non tamen hoc fit mediâ dictione; nam dictione producit terminus realis, ut est intellectio: cognitio verò Dei, quæ producit esse diminutum creaturæ, non est productiva; sed tantum operativa circa objectum, & productiva esse diminuti. Ex his intelligitur Scotus in 1. dist. 36. dicens, esse diminutum creaturæ referri ad Deum cognoscentem relatione non muruâ; nam est relatio dependentis à Deo producente; tamen in Deo non est relatio ad creaturam; nam absolutus est à creaturis. Hucusque Felix. Atque hic erit limines præsentis Conclus. in qua egimus de primo esse creaturæ possibile, sequitur secundum esse, utpurâ:

CON-

CONCLUSIO III.

Secundum esse, quod habet creatura à seipsa, est non repugnantia terminorum, & repugnantia habendi esse necessarium ex se. In his duobus consistit formaliter esse possibile.

29. *Distinctio inter esse cognitum, & possibile, ex Scotus.*
 Ita expressè docet Scotus 1. dist. 43. n. 5. Vide verba eius clarissima, quantum ad 1. & ad ultimam partem, Conclus. præced. in principio. Et adde, quod scribit 2. dist. 1. q. 2. §. Quantum ad istum articulum, n. 10. Concedo enim, quod omne creatibile prius erat possibile creari ex parte sui; sed ista possibilitas non fundatur in aliquo esse simpliciter; sed in esse cognito, ita quod esse cognitum concomitatur possibilitas ad esse simpliciter, licet formaliter esse cognitum non sit esse possibile. Ubi Doctor distinguit inter esse cognitum, & possibile; idque rectè; quia etiam impossibile habet esse cognitum. In quo ergo distinguitur esse possibile ab esse cognito? Esse cognitum (inquit Scotus ibidem) est esse in actu, licet secundum quid; esse possibile est esse in potentia ad esse simpliciter, quod non competit impossibili. Itaque esse cognitum contrahitur ad possibile per illam non repugnantiam extremorum, & per repugnantiam ad habendum esse necessarium ex se. Quæ duo non habet ens possibile ab intellectu divino, sed ex seipso. Etenim quoddam aliqua extrema, v.g. homo & animal, lapis & animal repugnant, vel non repugnant, pendet ex natura extremorum; & similiter ex natura rei provenit, quod ipsis repugnet esse necessarium à se; nam per hoc distinguitur essentialiter creatura à Creatore. Igitur esse possibile formaliter consistit in non repugnantia extremorum, & in repugnantia habendi esse necessarium ex se, hoc est (inquit Felix sup. n. 17.) in respectu ad omnipotentiam, qui respectus est ultimum complementum possibilitatis, per quod fit res possibilis objectivè, & metaphysicè, ut insinuat Scotus sup. 1. dist. 43. ibi: In quibus duobus stat tota ratio possibilis, in quibus correspondet rationibus potentia activæ. Non est igitur possibilitas in objecto aliquo modo prior, quam sit omnipotentia in Deo, accipiendo omnipotentiam pro perfectione absoluta in Deo: sicut nec creatura est prior aliquo absoluto in Deo, si tamen res intelligatur esse possibilis, antequam Deus per omnipotentiam producat eam, sic est verum: sed in illa possibilitate non est simpliciter prior, sed producitur ab intellectu divino. Ita Scotus.

30. *Quid sit impossibile.*
 Qui ibidem n. 6. optimè explicat impossibilitatem rei, sive impossibilitatem, dicens: Quantum autem ad impossibilitatem dico, quod illa non potest esse primò ex parte Dei... quia ipsa est impossibilis propter repugnantiam ejus, ut fiat. Quod intelligo sic: impossibile simpliciter includit impossibilia, quæ ex rationibus suis formalibus sunt impossibilia: & ab eo sunt principiativè impossibilia, à quo principiativè habent suas rationes formales. Est igitur

ibi iste processus, quod sicut Deus suo intellectu producit possibile in esse possibili (principiativè, sive inchoativè) ita producit duo entia formaliter, utrumque in esse possibili, & illa producta seipsis formaliter sunt impossibilia, ut non possint simul esse unum, neque aliquid tertium ex eis. Hanc autem in composibilitatem, quam habent formaliter, habent ex se, & principiativè ab eo quodammodo, qui produxit ea: & istam impossibilitatem istorum sequitur impossibilitas totius figmenti in se, & ex impossibilitate partium suarum sequitur impossibilitas ejus respectu cujuscunque agentis: & ex hoc habet completi totus processus impossibilitatis rei, quasi ultimus gradus impossibilitatis sit negatio respectus ad quodcumque agens. Sic Doctor. Ergo à contratio sensu, per respectum ad agens completur ultimò possibilitas rei, ita ut esse possibile objectivum, seu metaphysicum consistat in esse diminuto, ut fundamento, & in non repugnantia terminorum cum respectu ad omnipotentiam. Ac consequenter impossibilitas in esse diminuto, & in repugnantia terminorum cum negatione respectus ad omnipotentiam.

Ex dictis facile solvitur hæc objectio: si intellectus non cognosceret extrema rei possibili, non esset formaliter possibilis ergo ab intellectu Dei habet possibilitatem, & non à seipsa. Patet, inquam, distinctio Consequentis; scilicet, creaturam habere possibilitatem principiativè & effectivè ab intellectu; formaliter verò à se ipsa. Nec bene dixeris: Omnipotentia non constituitur aliquo respectu ad creaturas: ergo neque possibile formaliter dicit respectum ad omnipotentiam. Negatur quippe Consequentia: discrimen est (inquit Felix supra num. 18.) nam inconveniens esset, quod aliquid Dei dependeret à creatura; non tamen est inconveniens, quod creatura dependeat à Deo, & ad illum dicat respectum. Potentia ut est attributum divinum (inquit Scotus 1. dist. 43. n. 4. vers. Tertio) & dicit perfectionem simpliciter, non dicit aliquem respectum ad creaturam: quia nulla perfectio divina, & simpliciter dependet à creatura. Hoc autem idem probat Ansel. Monolog. c. 15. cum illa relatio ad creaturam non dicat perfectionem simpliciter, etiam in Deo: quia tunc Deus non esset talis, si creatura non esset. Est autem perfectus omni perfectione simpliciter ex se, & ex natura sua, & non ex aliquo respectu ad creaturam. Maximum ergo foret inconveniens, si omnipotentia Dei constitueretur aliquo respectu ad creaturas.

Et verò quod inconveniens, si creatura possibilis dicat dependentiam à Deo, & respectum ad omnipotentiam? Hoc, inquis, quod in tali explicatione possibilis datur vitiosus circulus: nam si queratur, quid sit omnipotentia; Respondetur; quæ omne possibile facere potest, quod idem est, ac potest facere, quod potest fieri. Et si queritur, quid est esse possibile? Respondetur, quod fieri potest ab omnipotentia, quod perinde est, ac esse possibile; ergo idem per idem explicatur, & circulus vitiosus committitur. Respondet

K Felix

31. *Creatura habet possibilitatem formaliter à seipsa.*

Solvitur objectio.

Nulla perfectio divina & simpliciter dependet à creatura. Scotus.

32. *An sit in eo consensus quod possibile dicat respectum ad omnipotentiam.*

Felix sup. non committi circulum; quia possibile non solum explicatur per respectum ad omnipotentiam, sed per intrinsecam & absolutam non repugnantiam terminorum, in qua fundatur respectus: ideo enim creatura fieri potest ab omnipotentia, quia non repugnat; non vero e contra; ideo non repugnat, quia fieri potest: ultra quam non repugnantiam non est progrediendum; quia est ratio immediata & formalis. Audite Scotum 1. dist. 36. num. 14. Ratio (quare homini non repugnet esse, & chimæ repugnet) est, quia hoc est hoc, & illud est illud: & hoc in quocunque intellectu concipiente, quia quidquid repugnat alicui formaliter, ex se repugnat ei; & quod non repugnat formaliter, ex se non repugnat. Nec est hoc fingendum, quod homini non repugnat, quia non est ens in potentia; & chimæ repugnat, quia non est ens in potentia: imò magis è converso, quia homini non repugnat, ideo possibile est potentia logica; & quia chimæ repugnat, ideo est impossibile impossibilitate opposita: & istam possibilitatem consequitur possibilitas objectiva: & hoc supposito, omnipotentia Dei, quæ respicit omne possibile; dummodo sit aliud à se: tamen illa possibilitas logica absolute ratione sui posset stare, licet per impossibile nulla potentia eam respiceret. Ita Scotus.

Quare homini non repugnet esse, secundum chimæ. Scotus.

33. Planè, reponit quispiam; & ideo infero, ergo, secundum Scotum, respectus ad omnipotentiam non constituit creaturam possibilem; nam si per impossibile non esset in Deo omnipotentia, adhuc esset creatura possibilis, propter non repugnantiam, ut hic loquitur Scotus. Consimiliter 1. dist. 7. §. Ad questionem, nu. 7. vide ejus verba sup. Conclusi. Item que 1. dist. 43. §. Hic dicitur, n. 2. in fine ait: Illud est simpliciter impossibile, cui per se repugnat esse, & quod ex se primo est tale, quod sibi omnino repugnat esse, & non propter aliquem respectum ad Deum affirmativum, vel negativum: imò sibi repugnaret esse, si per impossibile Deus non esset. Ergo illud est simpliciter possibile, cui per se non repugnat esse, & quod ex se primo est tale, quod sibi omnino non repugnat esse, & non propter aliquem respectum ad Deum affirmativum, vel negativum; imò sibi non repugnaret esse, si per impossibile Deus non esset. Consequentia probatur: quia in causis prædictis si affirmatio est causa affirmationis, & negatio est causa negationis; & vice versa, si negatio non est causa negationis, nec affirmatio erit causa affirmationis. Sicut, si habere pulmonem est causa respirandi, non habere pulmonem est causa non respirandi. Et si non habere pulmonem non est causa non respirandi, habere pulmonem, non erit causa respirandi. Respondet Felix sup. n. 19. Scotum hic loqui de esse diminuto, quod est initiative creatura possibilis, quod esse non habet ab omnipotentia, sed ab intellectu. Patet; quia n. 3. sic ait: Potentia activa, quæ Deus dicitur omnipotens, non est formaliter intellectus divinus, sed quasi presupponit actionem intellectus, sive illa potentia sit voluntas, sive alia potentia executiva: sed

Explicatur Scotus.

lapis est possibilis esse ex se formaliter: ergo, reducendo quasi ad primum principium extrinsecum, intellectus divinus erit illud, a quo est prima ratio possibilitatis in lapide. Non igitur illa potentia activa, a qua Deus dicitur omnipotens, est prima ratio possibilitatis in lapide. Probatio Assumpti: possibile, secundum quod est terminus vel objectum omnipotentia, est illud cui non repugnat esse, & quod non potest ex se esse necessario: lapis productus in esse intelligibili per intellectum divinum habet ista ex se formaliter, & quasi principiative per intellectum: igitur est ex se formaliter possibilis, & quasi principiative per intellectum divinum. Sed quis hoc negat? Porro in duobus primis locis loquitur Scotus, juxta Felicem supra, de non repugnantia logica, & ita verum est; non verò de objectiva, de qua nos hic agimus.

Ex quo solvitur hæc objectio: Prius intelligitur creatura possibilis, quam talis respectus: ergo respectus non constituit creaturam possibilem. Antecedens probatur; nam non repugnantia est ante respectum, & talia prædicata seu extrema sunt, quæ postea existunt; ergo illa sunt, quæ sunt possibilis. Respondet Felix supra num. 19. quod possibilitas logica, communis Deo, & creaturæ est ante respectum; sed possibilitas objectiva, propria creaturæ non est completæ ante respectum; nam est possibile ab alio, ut optime Scotus 1. dist. 20. num. 7. ubi lego sequentia verba: Quantum ergo ad istum articulum, dico aliter; quod potentia activa primum correlativum est possibile, non communiter sumptum, ut opponitur impossibili; quia hoc modo possibile est, Deum esse; & tamen illud possibile non est terminus alicujus potentia activæ: ergo oportet, quod possibile, ut est potentia activa correlativum, sumatur determinatius: hoc autem non videtur, nisi secundum quod Avic. accipit possibile, 6. Metaph. & alibi frequenter, prout opponitur ei, quod est necessarium ex se. Et infra num. 8. sic ait. Quod dictum est de primo correlativo potentia activæ, quod sit possibile, intelligendum est de possibili objectivè, scilicet quod est terminus potentia, non de possibili subjectivè &c. Quando ergo dicimus, possibile ultimè constitui per respectum ad omnipotentiam, intelligi de possibili non logico, sed objectivo & metaphysico, quod est correlativum potentia activæ, juxta Scotum, mox allegatum.

Dubitas, an illa non repugnantia creaturæ sit conceptus positivus, vel negativus? An non esse conceptum privativum, & repugnantiam conceptum negativum. Probat suum dictum: quia privatio est carentia formæ in subjecto apio nato ad illam; sed hæc prædicata, animal, rationale in esse diminuto carent existentia reali, & habent aptitudinem ad illam habendam: ergo, quamvis talia prædicata sint etiam positiva, habent privationem, hoc est, non repugnantiam essendi. Et quia leo, lapis, repugnantia non habent talem capacitatem, & carent illa, dicitur negata, & non privata reali existentia: quod docuit

Scotus.

docuit Scotus 1. dist. 36. num. 14. in principio. Homini in aternitate inest non esse aliquid, & chimære non esse aliquid; sed homini non repugnat affirmatio... chimære autem repugnat. Id est homini potest inesse existentia realis; & idem negatio ejus dicitur privatio; chimære autem non potest inesse, & idem carentia ejus est pura negatio. Hinc non valet, quod aliqui obijciunt; repugnantia contradictoriè opponitur non repugnantia; sed repugnantia est negatio; ergo non repugnantia est positivum; sicut non tenebræ sunt lux. Non valet, inquam, quia repugnantia, & non repugnantia non opponuntur contradictoriè, sed solum distinguuntur ut negativum, & privativum, sicut cæcitas seu carentia visus in lapide, & in homine, quæ in hoc est privatio, quia homo est capax visus; in lapide verò pura negatio, quia hic est incapax visus. Unde ly Non, quando dicitur, non repugnantia, non affirmat aliquid positivum; sed solum negat, non repugnantiam esse aliquid negativum, & affirmat esse privativum, inquit Felix sup. n. 26. in fine.

Repugnantia & non repugnantia non opponuntur contradictoriè.

Felix. 26. Objectio.

Solutio.

Quare dicitur aliquid negativum.

Sententia aliquorum, non repugnantiam nec propriè negativum, neque propriè privativum esse.

Respondetur.

Sed contrà, dicit aliquis: non repugnantia potest reduci ad actum, ergo non est negatio; ergo nec privatio, quæ essentialiter est negatio. Respondetur negando priorem Consequentiam; non enim dicitur aliquid negativum, quia non potest reduci ad actum, sive quia non potest esse aliquid positivum; sed quia de facto non est quid positivum, sive quia non est reductum ad actum. Sic quippe cæcitas in homine dicitur negatio, non quia non potest reduci in actum; sed quia de facto non est reducta in actum, id est, quia actus oppositus, ejus est negatio, de facto non inest, quamvis possit inesse, & idem dicitur privatio. Putant hic Aliqui, non repugnantiam neque propriè esse negativum, propter argumentum jam solutum; sed neque propriè privativum; quia non præsupponit subjectum privativum; sed esse quid medium participans aliquid de extremis; de negativo quidem, inquantum non supponit subjectum privativum; de privativo autem, inquantum non repugnantia apta est, ut ad existentiam reduceatur: sicut vacuum est medium inter negativum, & privativum; nam de negativo participat, quia in vacuo nullum est subjectum privativum existentia in loco: cum privativo convenit, inquantum vacuum est capax, ut repleatur entitate actuali. Sic illi.

Sed faciliè responderetur: subjectum hic est, esse diminutum seu cognitum, quod pro illo instanti concipitur absque repugnantia, & non repugnantia ad existere: vel potius subjectum est ipsum ens possibile, quod, ut patet ex ipso nomine, est ens aptum existere. Et hæc ens quidem de vero esse creaturæ possibile, quod distinguitur contra impossibile, & continetur sub genere, ac suas differentias veras habet, ex quibus formantur prædicationes æternæ veritatis, ut, Homo est animal, est rationalis, quæ sunt veræ, etiam antequam

Tom. us I.

homo existat. Sed nunquid hoc verum est scibile abque imperfectione scientis? Plane, ut patebit ex subsequenti Conclusionibus.

CONCLUSIO IV.

Videt Deus omnes creaturas posibles, tam secundum rationes communes, quam particulares in essentia.

Circa hoc fuit error Aristotelis 12. Metaph. textu 51. & Averrois ibi, dicentium, Deum solum seipsum cognoscere; nam si creaturas cognosceret, videret intellectus divinus. Ita Aristotelem intellexit ibi Scotus; inquit Felix sup. diff. 2. num. 1. quamvis Alii Aristotelem exequent. Pro eodem errore refertur Aureolus 1. dist. 35. quæst. 2. sed immerito (ut ibi notat Felix) nam solum negavit, cognitionem Dei terminari formaliter ad creaturas; tamen dixit, Deum emipenter, & plùs æquipolenter (ita loquitur Aureolus) cognoscere omnes creaturas. Ut sit de hoc, Conclusio nostra probatur ex illo ad Hebræos 4. v. 13. Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus. Estque lumine naturali nota. Sed quod illud lumen? Scientia Dei est infinita: ergo cognoscit omnia cognoscibilia: sed omnes creaturæ, etiam antequam realiter existant secundum suum esse tam commune, quam proprium, sunt cognoscibiles, cum sint vera entia, ut statim dictum est, & Conclus. præced. luculenter demonstratum; ergo Deus omnes cognoscit, tam secundum rationes communes, quam proprias. Aliàs Deus non posset esse generalis conditor & provisor Universi; ageretque cæco modo, non cognoscens præviè ea, quæ facere vellet.

37. Error Arist. & Averrois. Deum solum seipsum cognoscere. Felix. Pro eo immerito citatur Aureolus.

Conclusio probatur ex Script. & ratione.

Hæc doctrina non est mea (quamquam aliquin mea) sed Doctoris nostri Subtilis lib. 2. Metaph. q. 24. & 25. Audite ipsum q. 24. n. 2. Dicendum est, quod omnia alia a se intelligit, cujus ratio est; primum principium est perfectissimum, & ipsum suum intelligere; ergo suum intelligere est perfectissimum: sed intelligit se; ergo intelligit se perfectissimè; sed requiritur, ut perfectissimè se intelligat, ut intelligantur omnia, ad quæ virtus rei se extendit. Cum igitur ab ipso dependeat cælum, & tota natura, se ipsum perfectè non cognosceret, nisi cælum, & totam naturam cognosceret. Item: suum esse est causa omnium aliorum: sed effectus aliquo modo est in sua causa; quod ergo cognoscit causam, cognoscit effectus eo modo, quo sunt in causa: sed omnia sunt in ipso per modum intelligibilem; nam ipse est causa per voluntatem, & intellectum: omnia ergo alia intelligit. Hæc ille de cognitione creaturarum, secundum rationem communem. Et si obijcias:

38. Estque Doctor. Subtilis.

K 2

Intel-

Obiectio.

Solvitur ex
Scoto.Obicitur
secundum.Solutio Sco-
ti.Tertia ob-
jectio.Diluitur ex
eod.39.
Secundum
Scotum Deum
cognoscit
creaturas
possibiles,
saltem in
universali.

Intellectum est perfectio intelligentis: si igitur intelligeret alia à se, aliud esset perfectio eius. Respondet n. 3. Quod intellectum est perfectio intelligentis; non tamen secundum se ipsum, sed secundum suam speciem: nunc autem species, quā aliqua intelliguntur, est essentia eius: & ideo concludit ratio, quod sua essentia sit sua perfectio. Arguitur rursus. Intelligere specificatur per obiectum; tantum enim intelligere est nobilius, quam intellectum dignius: sed primum principium suum est intelligere, ut nunc dictum est, & specificari est per aliud; sed hoc est impossibile: ergo &c. Respondet Scotus sup. Quod intelligere non specificatur, per obiectum, quod intelligitur in alio; sed per obiectum principale, quod intelligitur per se ipsum. Nunc autem principale obiectum intellectus divini est ipsum primum, quia principaliter intelligit se, alia enim intelliguntur in ipso; & ideo sequitur, quod non specificatur per aliud. Obijciunt tertio: quod dignius est, aliqua non intelligere, quam intelligere; sicut secundum Philoſ. dignius est, aliqua non videre, quam videre: sed si primum principium intelligit alia à se, quā ratione intelligeret unum, intelligeret & aliud: igitur illud, quod est inter entia indigntissimum: & per consequens intelligitur aliquid, quod melius esset non intelligere. Hoc videtur impossibile, ergo &c. Respondet Doct. ibidem: Quod intelligere aliqua vilia, non derogat dignitati intellectus, ubi intellectus non habet in eis, si non impediatur ab intelligendo digniora. Si enim intellectus semper intelligat aliquid dignissimum, & intelligendo illud dignissimum, aliquid vile, hoc non derogat dignitati intellectus; & sic intelligit primum: ideo non sequitur, quod intelligat aliqua, quā dignius esset non intelligere, eo modo, quo ea intelligit.

Igitur, secundum Scotum, intellectus divinus cognoscit, saltem in universali, etiam creaturas possibiles. Quāvis enim illarum non expressè meminerit; loquitur equidem generaliter, nec illas expressè excludit, & probationes ejus illas includunt; scilicet infinita perfectio Dei, & causalitas omnium aliorum per voluntatem, vel intellectum. Quāquam enim creatura possibilis non habeat realitatem existentiae, & veritatem positivam; habet tamen, ut patet ex dictis, veritatem negativam sive privativam, id est, veram non repugnantiam ad esse positivum; idque independenter ab aliqua causa efficiente; pro cuius arbitrio ad alteram partem determinetur; cum potentia sic efficiendi potius supponat essentiam aliquam esse factibilem. Patet à contrario in chimæra, quæ ideo non est obiectum talis potentiae, quod non habeat verum esse essentiae, id est, quia habet repugnantiam ad verum esse positivum. Itaque verum esse essentiae competit rebus creatis independenter à tali causa; adeoque ex se & omnino immutabiliter, ac semper. Sic tamen, quod primum suum esse, id est, esse diminutum seu cognitum, juxta superius dicta, habeat ab intellectu divino. Quidni ergo possit & verè debeat à Deo cognosci, saltem in universali, &

secundum rationes communes?

Nunquid etiam secundum rationes particulares, id est, propriæ & distinctæ? Sic placet Scoto sup. q. 25. nu. 3. Dicendum (inquit) est, quod omnia alia intelligit cognitione propria & distincta. Sic enim aliqua intelligit, sicut eorum est causa: nunc autem non solum est causa illius, in quo convenit, sed & illius, in quo differt, & per quod specie distinguitur: igitur ea, per quā specie distinguitur, intelligit: Præterea; in ipso sunt perfectiones omnium; sed qualibet forma propria rei est aliqua perfectio; igitur in primo sunt omnia, per quā res ab invicem distinguuntur: Unde primum principium comparatur ad alia, sicut perfectum ad imperfectum, & non e converso. Sicut ergo intelligens hominem potest intelligere animal secundum propriam rationem, licet non e converso; & intelligens senarium intelligit quinarium, licet non e converso: sic intelligens primum principium potest intelligere quodcumque aliud primo, secundum propriam cognitionem, & non e converso. Unde cum nihil aliud sit, nisi inquantum participat, vel imitatur primum, perfectè seipsum non cognosceret, nisi cognosceret omnia, in quibus est imitabile, & à quibus participabile, nec perfectè suum esse intelligeret, nisi omnem modum perfectè intelligeret. Hucusque Scotus. Sed enim, obijciunt aliqui: primum principium intelligens aliud intelligit ipsum, secundum quod in ipso est; sed in ipso est, sicut in causa, & ita in universalis ergo solum aliud intelligit in universalis. Respondet Doctor sup. n. 4. Quod licet à primo non habeat esse proprium in ipso primo secundum esse, quod habet extra; tamen secundum esse illud potest ab ipso intelligi; quia esse perfectius habet in ipso, quam extra. Quippe omnia alia eminenter continentur in Deo, licet non formaliter. Nec refert: quod per nullum causatum possit distinctè apprehendi distinctio primi, & ideo distinctè non possit cognosci. Nam, ut bene notat Scotus sup. Imperfectum non est principium cognoscendi perfectum, sed magis e converso: & ideo per nullum causatum potest apprehendi essentia primi. Sed si quis apprehenderet essentiam ejus, apprehenderet quodcumque causatum.

Sed nunquid valet hoc argumentum? Propria & distincta cognitio habetur per rationem propriam: cum igitur idem non possit esse propria ratio diversorum, & primum intelligat aliud per seipsum, propriam & distinctam cognitionem eorum non potest habere. Resp. Scotus sup. Quod idem non est propria ratio diversorum cuilibet adequata: essentia tamen primi excedit propriam rationem cujuscumque; continet enim perfectiones omnium, & amplius, & amplius (id est, continet eas eminenter) & ideo bene potest per se ipsam propriam rationem uniuscujusque apprehendere; & per consequens, quodlibet aliud sub propria ratione potest intelligere. Hæc fusiùs ex Doct. nostro; quia opus suum metaphysicale paucorum manibus teritur, & hoc loco apprimè bene præsentem controverſiam explicat, ut adhuc patebit ex solutione eorum, quæ communiter huic doctrinæ opponuntur. Primum sit:

fit: D. Hieronymus super illud Habac. 1. v. 13. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, dicit: Absurdum est, ad hoc Dei deducere Majestatem, ut sciat per momenta singula, quot nascantur culices, quot ve moriantur, quae circum & muscarum sit in terra multitudo &c.* Non sumus tam fatui adulatores Dei, ut dum potentiam ejus, etiam ad ima detrahimus, in nos ipsos injuriis simus, eandem rationabilium, quam irrationabilium, providentiam esse dicentes. Respondet Felix sup. n. 3. Hier. solum negasse specialissimam providentiam, quam Deus habet de hominibus, dando illis leges, & auxilia &c. Propter quod Paulus 1. ad Cor. 9. v. 9. ait: *Nunquid de vobis cura est Deo?* Non tamen negavit Hier. scientiam de his; nam explicans illud Matth. 10. v. 29. *Nonne duo passeris asse videntur?* ait: *Parva animalia & vilia absque Deo auctore non decidunt, & in omnibus est providentia, & quae in his peritura sunt, sine Dei voluntate non pereunt.*

Enimvero, ut dicitur Sap. 6. v. 8. *Equaliter est illi (Deo) cura de omnibus.* Equaliter, inquam, ex parte actus; inaequaliter autem ex parte effectus. Duobus namque modis considerari potest Deus. Primò, quatenus est causa universalis & prima omnium rerum, & habens omniscientiam; & hoc modo omnia in particulari debet cognoscere, quod non negat D. Hiero. Secundò, quatenus ratione providentiae particularis, quatenus habet de rebus aliquibus, debet eas cognoscere, tamen non cognovisset ex priori titulo; & hoc modo non debet cognoscere naturam culicum aut pulicum; sicut naturam hominum, quos destinavit ad vitam aeternam per varias vias consequendam; & hoc est quod voluit Hier. Sed nunquid ex illa cognitione minutissimarum rerum, vilesceit intellectus Dei? Patet ex Scoto sup. quòd non: quia per illam cognitionem non impeditur ab intelligendo digniora, sive non distrahitur à cognitione entium nobilium. Adde: quòd intellectus Dei non moveatur à creaturis, ut infra adhuc dicetur. Igitur Hier. non opponitur nostrae Conclus. Sed neque D. Aug. etiam lib. 83. Quæst. q. 46. dicit: *Non enim extra se quidquam possum intuebar Deus, ut secundum id constitueret, quod constituerat; nam hoc opinari, sacrilegum est.* Nam bene respondet Felix sup. Aug. solum velle, Deum non indigere aliquo exemplari extra se, ut producat creaturas; sicut pictor respicit exemplar ad pingendum. Quam responsionem subindicant illa verba: *ut secundum id &c.*

Omissis igitur huius auctoritatibus, obijciatur ex ratione: scientia desumit speciem ab objecto; atque scientia Dei est illimitata; ergo & objectum, ergo res creata, quæ est limitata, non est objectum scientiae Divinae. Respondetur, Majorem esse veram de scientia creata, quæ ob suam limitationem est mensurabilis; nec aliam mensuram proximam habet, quam objectum; secus est de scientia increata, & intellectu immensurabili, qualis est scientia & intellectus Dei. Aliam solutionem aut potius eandem aliis

verbis, habes supra ex Scoto. Aequè facilis est solutio hujus Argumenti: si Deus cognosceret creaturas, ab illis dependeret; nam scientia dependet ab objecto, ita quòd, si non esset tale objectum, non esset scientia illius: sed si non essent possibilia, non esset scientia Dei circa illa: ergo si Deus illa cognosceret, ab illis dependeret. Respondet Felix sup. num. 4. Deum non dependere à creaturis; nam, si creatura non esset, adhuc in Deo esset sua infinita scientia, sicut est modò; solum tunc non terminaretur ad creaturas, non ex defectu scientiae, sed ex defectu creaturarum: nam scientia de se est representatio omnium representabilium sine sui mutatione. Sicut sol est illuminativus omnium rerum: quòd si aliquas non illuminat, non est ex defectu solis, sed rerum, quæ non sunt coram sole. Unde scientia Dei solum pendet ab objecto motivo, scilicet essentia divina, non à possibilibus: nam potius possibilia dependent à scientia Dei, à qua habent esse. Sic ille. Breviter: argumentum istud non concludit, nisi de scientia creata, quæ sicut specificatur ab objecto creato, sic etiam ab eo dependet: ab objecto, inquam, non solum motivo, sed etiam terminativo propter suam limitationem. Porro possibilia potius dependent à scientia Dei, à qua habent primum suum esse, etiam ut sunt objecta terminativa; ita ut, si sublatis, maneat sicut dictum est eadem scientia divina. Hoc igitur Argumentum non valet.

Nec melius est, quod sequitur, per intellectionem sit intelligens res intellecta, saltem intentionaliter, sive intelligibiliter: sed Deus, nequit fieri creatura; ergo &c. Responsionem habes sup. apud Scotum; quam aliis verbis sic exprimit Felix sup. n. 5. Respondet, inquit, Majorem esse veram de objecto immediato & primario; non verò de secundario. Ratio est: quia intelligens sit res intellecta, mediante specie intelligibili, quæ est forma rei, quam rem immediatè, & per se primò representat; & cum Deus se cognoscat per suam essentiam, absque specie impressa, solum est idem cum se ipso in esse intelligibili, quando cognoscit, in quo sensu intelligens, & res intellecta sunt una & eadem res. Sic ille. Obijciatur præterea; quòd scientia perfectissima, qualis est scientia Dei, debeat esse intuitiva. Respondet: de ente actuali, concedo; de possibili, nego; non enim potest, multò minus debet representare rem aliter, quam à parte rei est; alias non esset perfectissima, sed potius imperfectissima; ergo nequit scientia Dei circa possibilia esse intuitiva propriissime dicta; quia sic repræsenteret rem possibilem, tamquam existentem, cum tamen reverà non existat. Vide sup. dicta de scientia Dei intuitiva, & abstractiva. Neque alicujus momenti est, quod aliqui causantur; scilicet, objectum adæquatum motivum & terminativum intellectus Dei est sola essentia divina; ut patet ex ante dictis; ergo non poterit cognoscere creaturas, quæ sunt extra ejus objectum.

Aliud argumentum.

Felix.

Non concludit nisi de scientia creata.

44. Tertia obijctio.

Solutio.

Felix.

Scientia Dei non debet esse de omnibus inchoata.

45.
Creatura
sunt obje-
cta tantum
secundariū.

Cognoscit
eas Deus in
sua essentia.

Objectio.

Solutio.

46.

Intellectio
non specifi-
catur per
ea, quæ cog-
noscuntur
in alio.

Creatura
non potest
uniri Deo in
ratione spe-
ciei impres-
se.

Respondeo: Antecedens esse verum de ob-
jecto primario, de quo egimus Sectione præ-
cedenti Concluf. 1. & idè creaturæ, siue pos-
sibiles, siue actuales sunt dumtaxat objectum
terminativum secundarium, siue in essentia
Dei, siue in seipsis cognoscantur. Interrogat
quispiam: sed nunquid cognoscit eas in essen-
tia sua? Affirmat Concluf. Vide dicta loco cita-
to, ubi hanc veritatem ex SS. Patribus, & Do-
ctore Subtili diffusè satis probavimus. Pro
nunc breviter dico: talis modus repræsentatio-
nis creaturarum, scilicet in essentia Dei, est
possibilis; ergo non est negandus Deo infinite
perfecto. Præterea: nulla perfectio Dei pen-
dere potest à creaturis, ut rectè docuit Scotus
1. dist. 30. q. 2. & alibi; nam, creaturæ ablata,
Deus non esset perfectus: sed cognoscere crea-
turas est perfectio Dei; ergo in seipso illas
cognoscit, & non tantum in seipsis; alioquin
essent verum motivum cognitionis divinæ, quo
cessante, etiam cessaret cognitio, quod con-
stat esse falsum.

Sed contra dicit aliquis: quæ cognoscuntur
in alio, & per speciem alienam, non cognoscun-
tur ut sunt in se, sed ad modum rei, cuius datur
species; sic cognoscimus Angelos ad modum
rei materialis; quia per speciem rei materialis:
ergo vel Deus non cognoscit creaturas propriè
& distinctè, quod tamen asserit Conclufio; vel
non cognoscit eas in sua essentia. Respondetur:
Antecedens esse verum, quando illud, quod
in alio cognoscitur, non continetur in ipso e-
minenter & perfectiori modo, quàm in seipso,
prout creatura continetur in Deo; secus Angelus
in re materiali, per cuius speciem cognoscitur.
Alia plura obijciuntur contra hanc doctri-
nam. Atque in primis ex ea inferitur: ergo ob-
jectum intellectus hominis est universalius, quàm
objectum intellectus Dei: nam hominis est
omne ens; Dei verò sola essentia divina, quod
videtur inconueniens. Respondetur: hoc nul-
lum esse inconueniens, si intelligatur de ob-
jecto motivo, sicut debet intelligi, idè incon-
ueniens & imperfectio esset, si omne ens esset
objectum motivum intellectus Dei; nam de-
penderet à creatura.

Et hinc sup. ex Scoto dictum fuit, quod in-
tellectio non specificetur per ea, quæ intelli-
guntur in alio, utpote, quæ non sint objectum
motivum; sed tantum terminativum, idque se-
cundarium. Undè sciencia, quæ cognoscit essen-
tiam, & possibilia, non distinguitur specie à sci-
entia, quæ solum ad essentiam terminatur; sed
tantummodo accidentaliter, propter variatio-
nem utique objecti secundarii terminativi. Di-
co præterea: tametsi non implicaret, essentiam
Dei in ratione speciei impressæ uniri intelle-
ctui creato (nam inde solum sequitur, quod
Deus sit objectum & principium visionis,
quod non est inconueniens) equidem impli-
cat, ut creatura in ratione speciei impressæ uni-
atur intellectui Dei, ut sic Deus creaturam ag-
noscat; nam ex eo sequeretur, Deum à creatura
perfici, cum ab illa dependeat, ut à motivo, ut in-

telligat, quod est imperfectio in Deo, ut patet
ex dictis. Hinc non valet hæc instantia. Essen-
tia Angeli, quia est sibi intimè præsens, unitur
ipsi Angelo in ratione speciei intelligibilis; sed
magis præsens est creatura Deo propter im-
mensitatem Dei: ergo poterit creatura Deo u-
niri in ratione speciei impressæ. Negatur quip-
pe Consequentia: Nam in Antecedenti nullum
est inconueniens, ut vidimus; secus in Con-
sequenti; Et præterea ex illo Antecedente solum
sequitur, quod Deus, qui est præsens per im-
mensitatem, possit se unire creaturæ; non ta-
men, quod creatura uniatur Deo; nam hæc
non est immensa. Ita Felix sup. n. 6. Sed enim
dicit aliquis: nunquid benè sequitur: materia
est unita formæ; ergo vicissim forma est unita
materiæ? Cur ergo non valet hæc Consequen-
tia: Deus potest se unire creaturæ, ergo vicis-
sim creatura unitur Deo? Respondeo, dispari-
tatem esse; quod materia, & forma sint ambo
entia finita & limitata, neque ullum incon-
ueniens est, quod duo entia creata à se mutuo de-
pendeant, ut unum aliquod componant: at ve-
rò Deus est ens infinitum, & illimitatum, &
repugnat, quod ens infinitum dependeat in sua
perfectioe seu cognitione ab ente finito & li-
mitato; quod tamen contingeret, si creatura in
ratione speciei impressæ uniretur Deo. Præ-
terea argumentantur Adversarii, & dicunt: boni-
tas creata est objectum motivum voluntatis
divinæ; alioqui in Deo sola esset virtus chari-
tatis; ergo nullum inconueniens est, quod pos-
sibilia moveant intellectum divinum. Quæ e-
nim ratio disparitatis?

Respondeo, esse paritatem; nam neque boni-
tas creata movet voluntatem divinam, sed
sola bonitas divina. Quomodo ergo plures vir-
tutes, v.g. liberalitas, misericordia &c. in Deo?
Audi Felicem sup. objectum motivum volun-
tatis Dei semper est ejus essentia aut bonitas
&c. quæ quatenus Deum constituunt bonum,
est Deo formale motivum diligendi seipsum,
& creaturas propter se, quod pertinet ad chari-
tatem: quatenus eadem essentia, vel bonitas,
est participabilis à creaturis in seipsis, nempe
ratione misericordiæ, liberalitatis, vel alterius
attributi, pertinentis ad voluntatem; & formale
motivum diligendi specialiter creaturam ratio-
nalem propter ipsam, semper tamen essentia,
vel bonitas divina est motivum. Hæc ille, de
quibus latius disputatione sequenti.

Non quiescunt Adversarii, sed urgent: illud
est objectum motivum scientiæ, quod cognos-
citur per propriam speciem sui; sed essentia
divina est species propria possibilem; ergo
possibilia sunt objectum motivum intellectus
Dei. Probatur Minor: species alicujus objecti
non dicitur propria, quia causetur ab objecto;
nam species infusa sunt propriæ suorum ob-
jectorum, & non causantur ab objectis; neque
species dicitur propria, quia repræsentent num-
tantum objectum; nam species universales An-
gelorum sunt propriæ, & repræsentant plura
objecta: solum ergo species est propria; quia
repræ-

repræsentat rem in se perfectè & immediatè: sed ita essentia divina repræsentat possibilia: ergo est species propria illorum; & per consequens. possibilia objectum motivum scientiæ Dei. Respondet Felix sup. n. 7. essentiam divinam non esse speciem propriam creaturarum; etiam si repræsentet omnes earum rationes; quia immediatè & primariò non repræsentat illas, sed se. Quod patet; quia idèò repræsentat creaturas, quia seipsam repræsentat. Species universales Angelorum, si darentur, immediatè repræsentant plura objecta, & non unum immediatè, & alterum mediatè. Sic ille. Et si inister: ita essentia divina est species creaturarum & similitudo, ut non sit similitudo suis: ergo immediatè repræsentat creaturas. Respondet idem Auctor ibidem: quòd ad hoc, quòd essentia divina immediatè repræsentet, non requiritur, quòd sit sui ipsius similitudo; nam hoc nequit esse; sed sufficit, ut sit sibi præsens in ratione speciei intelligibilis; neque ex eo, quòd essentia divina sit similitudo creaturarum, sequitur, quòd immediatè illas repræsentet. Quippe immediatè se ipsam repræsentat, non prout est similitudo creaturæ; sed secundum se, præcindendo ab omnibus creaturis; nam si per impossibile non fuisset creatura possibilis, adhuc essentia seipsam repræsentaret & Deus se in sua essentia cognosceret. Manet ergo, Deum videre, seu cognoscere omnes creaturas possibiles, secundum proprias & formales rationes uniuscujusque; videre, inquam, in sua essentia. Sed quo modo putas illa videt, & quo modo non videt? Hæc est nostra sententia.

CONCLUSIO V.

Deus non videt possibilia in sua essentia, ut in causa, specie expressa, aut propriè ut in speculo, sed ut in objecto præcognito.

49. **H**æc conclusio plures continet partes, quæ sigillatim explicandæ sunt. Incipio à prima parte, quæ negat Deum videre, id est, cognoscere possibilia secundum proprias, & formales eorum rationes in essentia, ut in causa productiva creaturarum. Et sermo hic non est de relatione rationis, à qua Deus denominatur causa; nam in respectu rationis non cognoscuntur creaturæ; neque loquimur de causa remota, id est, de entitate, quæ est causa; nam cum hæc sit Deus, & in Deo creaturæ cognoscantur; certum est, quòd in eo, quod est causa, cognoscantur. Difficultas igitur est, utrum in Deo, ut est causa productiva creaturarum, & res absoluta, videantur creaturæ, ut habent esse formale & proprium: nam esse virtuale est ipsum esse Dei, de quo nulla hic est quæstio. Et verò Conclus. nostram sic intellectam præter Alios docet Felix sup. diffie. 4. n. 5. post

Smising tr. 2. disp. 6. n. 192. ubi hic Auctor sic ait: Quæ sit ratio hujus connexionis inter causam, & effectum secundum esse absolutum, ut causa, sicuti effectui est ratio quoad esse, ita etiam quoad cognosci (abstractivè) me latet. . . . Multò minùs autem video rationem, ob quam, visà causà, oporteat, vel possibile sit videri effectum per causam; cum absoluta ratio causæ eodem modo se habeat ad effectum in esse essentia, & existentia, quo posteriori modo effectus terminat visionem, seu notitiam intuitivam; respectiva autem ratio causæ impertinens sit ad hoc, ut causa sit medium videndi effectum. Itaque in communi ratione causæ non invenio fundamentum, cur causæ competeat esse repræsentativum effectus, sive spectari secundum esse essentia, sive spectari secundum esse existentia; & idem est de communi ratione eminentia, si tamen ad alia entia præter Deum extendi potest continere alia eminenter. Ita Theodoros.

Unde colligit hic Auctor ibidem: quòd virtualis & eminentialis continentia rerum creaturarum in Deo sit fundamentum, cur divina essentia sit repræsentativa illarum, non ex communi perfectione continentia virtualis, vel eminentialis desumi posse ratione aliqua, præter DD. auctoritatè; sed ex perfectione talis continentia infinita pendere; quatenus sicut divina essentia ratione suæ infinitatis competit continere virtualiter & eminenter res creatas quoad esse; ita etiam quoad repræsentari: tamen si illud non sit ratio hujus à priori; adeoque nec in rigore & propriè fundamentum hujus, sed ratio concomitans, seu cõcurrentes ad constituendam integritatem (ut ita dicam) illius essentia; quæ sicut in uno modo perfectionis simpliciter debet esse infinita; ita in omnibus modis, ex quibus unus est, posse alia repræsentare. Hactenus Smising. Tu autem nota, aliud esse, aliqua simul esse cognitione, ut sunt correlativa, v.g. pater & filius; aliud unum esse medium cognoscendi aliud: siquidem nulla est ratio, quare potius pater sit medium cognoscendi filium; quàm econtrà: nam sicut paternitas non continet filiationem formaliter, nec est causa filiationis, neque eam continet eminenter in essendo: ita nec potest esse ratio cognitionis ejus à priori, nec per eam cognosci potest à posteriori; quippe cum res sic se habeat ad cognosci, sicut ad esse, oportet inter medium cognitionis, & cognitum esse aliquam connexionem sive continentia formalis, sive virtualis seu eminentialis.

Rogat aliquis, quid sit illa continentia eminentialis? Respondeo: est virtus efficiendi, fundata in eminentiori perfectione causæ, quàm sit perfectio effectus; hoc siquidem (inquit Smising tract. 2. disp. 2. n. 38.) importat nomen eminentia, scilicet effectum habere quoddam esse perfectius in causa, quàm in seipso: ob quod subinde ajunt Doctores, creaturas habere melius ac verius, perfectiusque esse in Deo, quàm in seipsis: non quòd secundum propriam

50. Ratio cur essentia divina repræsentet possibilia, ex Smising.

Pater non est medium cognoscendi filium, & quare.

51. Quæ sit continentia eminentialis.

propriam rationem, v.g. huius lapidis lapis perfectius habeat esse in Deo, quam in se, cum proprium esse lapidis non sit in Deo; & quamvis esset in Deo, non posset esse melius in Deo, quam in se, eo quod essentia rerum sint indivisibiles; sed eam ob rem, dicitur creatura esse melius & perfectius in Deo; quia perfectio divina, secundum quam creatura censetur esse in Deo eminenter, est quid melius perfectiusque, quam sit esse creaturæ, utpote ipsa creatrix essentia. Ita Theod. Quæ cum ita sint, dico rursum, quod dixi in Conclus. Deum non videre creaturas possibiles in sua essentia, ut in causa efficiente.

52. Quid ergo ad auctoritatem D. Dionysii de
Obiectur. Divinis nominibus cap. 7. Neque enim ea, qua
contra Con- sunt, ex iis, qua sunt, discens novit divina mens, sed
clus. aucto- sed ex se, & in se, per causam rerum omnium cogni-
ritas D. tionem anticipatam habet, non quod per speciem sin-
Dionysii. gula consideret; sed quod uno causæ complexu
omnia sciat. Et similia habet D. Aug. lib. 83.
99. q. 46. Respondet Felix de Visione cap.
11. diff. 5. n. 4. Primò: hos Patres solum
velle, Deum cognoscere creaturas independent-
ter ab illis, & tantum in seipso illas videre;
non tamen voluerunt ita formalissimè loqui,
ut in formalitate causæ illas cognoscat. Ita eti-
am intelligitur Concil. Valentini sub Lo-
thario c. 2. dicens: Deus novit omnia, antequam
fiant, & sua omnipotentia, & incommutabili majesta-
te. Id est, novit omnia in seipso, qui causa est,
non in ipsa formalitate causæ. Respondet se-
cundò idem Auctor: cognoscere in causa for-
mali extrinseca, & primò terminativa, de qua
nos hic non loquimur; sed de causa efficiente,
ut patet ex dictis. Respondet tertio, cognoscere
in causa movente, vel quasi causa. Denique
SS. Patres dixerunt in causa, eo quod ratio ra-
dicalis, quare Deus cognoscat creaturas, est; quia
Deus est causa virtualiter & eminenter conti-
nens creaturas.

Atque in hoc sensu intelligitur Scotus
Quodl. 14. §. Ad ista, numero 22. ubi requirit,
ut objectum cognitum contineat virtualiter,
quod per ipsum cognoscitur. Non quasi illa
virtualis continentia sit formalis ratio cognos-
cendi creaturas, sed radicalis tantum, juxta su-
perius dicta; porro ratio formalis, secundum
quæ Deo competit intuitivè repræsentare crea-
turas, est præcisè (juxta Smif. sup.) ratio entis pri-
mi & infiniti in ratione repræsentandi alia quæ-
cumque. Nā cum sit quædam perfectio simplici-
ter, posse nō solum terminare visionē sui, sed et-
iā visionē aliorum in ipso, quæ enim in hoc im-
perfectio latere potest? Cum itē enti infinito
competat omnis perfectio, quæ sit possibilis &
perfectio simpliciter, sit, ut divinæ essentia, præ-
cisè spectata sub ratione huius essentia infinite
convenire intelligatur ista perfectio repræ-
sentandi creaturas; ita ut hæc sit quædam perfe-
ctio disparata & distincta ab aliis perfectioni-
bus, & quidam specialis modus intrinsecus di-
vinæ essentia; qui tamen ad visibilitatem Dei
potest reduci, quatenus Dei essentia est ita vi-

fibilis, ut in ea etiam alia videri possint. Ita
Theod. Sed enim, instat quispiam; quod conti-
netur virtualiter in alio, continetur tam-
quam in causa; sed, ut dictum est, & docet Sco-
tus q. 3. Prologi, essentia divina est primum
subiectum Theologiæ Beatorum, quatenus vir-
tualiter continet veritates contingentes, con-
cernentes res creabiles & cognoscibiles à Deo:
ergo creaturæ in Deo ut in causa cognoscun-
tur. Respondet Felix sup. Scotum non loqui
de continentia in esse entis (quo pacto effectus
virtualiter continetur in causa) sed de conti-
nentia in esse intelligibili. Nam §. De secundo
dico n. 4. & §. ad primam questionem, numero
12, explicans hanc continentiam ait: Esse posse
generare notitiam, & dare evidentiam aliorum:
& nos loquimur in præsentia de causa, conti-
nente rem in esse reali. Sic ille.

Verba Scoti 1. loco cit. sunt: De secundo dico;
quod ratio primi subiecti (id est esse Dei) est con-
tinere in se primò virtualiter omnes veritates illius
habitus, cuius est. Quod probò 1. sic; quia objectum
primum continet propositiones immediatas: quia sub-
iectum istarum continet prædicatum, & ita evidenti-
am totius propositionis; propositiones autem immedi-
atè continent conclusiones; ergo subiectum propo-
sitionum immediatarum continet omnes veritates il-
lius habitus, scilicet in esse intelligibili. Secundo
loco citato hæc lego ad nostrum propositum:
Ad primam questionem de Theologia nostra dico; quod,
quando habitus est in aliquo intellectu, habens evi-
dentiam ex objecto, tunc primum objectum illius ha-
bitus, ut est illius, non tantum continet virtualiter
illum habitum: sed ut notum illi intellectui continet
ipsum habitum; ita quod notitia objecti in illo intell-
ectu continet evidentiam habitus, ut in illo intellectu;
quia intellectus cognoscens tale objectum potest eli-
cere omnem conclusionem huius habitus. Quis
nunc non clarè videt, Doct. Sub. d. q. 3. Pro-
log. loqui de continentia in esse intelligibili, &
non in esse reali?

Nec valet, quod aliqui dicunt: Deus videt,
se habere virtutem productivam creaturarum
secundum omnes particulares rationes earum;
ergo cognoscit easdem in sua essentia, ut in
causa. Respondetur quippe, Neg. Consequ. nam
illa virtus productiva est quid absolutum in
Deo; & est eadem, siue creaturæ repugnent, siue
non; & Deus illam cognoscendo solum cognos-
cit, se posse producere, quidquid non implicat
contradictionem; & per consequens creaturas,
quoad an est, non verò intuitivè, siue ad quoad
quid est, de qua cognitione hic quæritur. Igi-
tur non videt Deus creaturas possibiles in sua
essentia, ut in causa. Nunquid ut in specie ex-
pressa, id est, in ipsa cognitione formali rei
possibilis? Negat secunda pars Conclusionis.
Et videtur esse Scoti Quodl. 14. §. Ad ista, n.
26. ibi: Et per idem ad secundum; quia actus est
similitudo cognita, & talis non sufficit ad cognoscen-
dum illud, cuius est actus; sicut species intelligibili
in uno intellectu visa alii intellectui videndi eam
non sufficeret ad perfectè cognoscendum objectum, cui-
us est. Ubi expressè negat (teste Smifing tr. 2.
disp.

53. Virtualis
continentia
non est for-
malis ratio
cognoscendi
creaturas.
Quæ ergo
sit.
Smif.
Scotus.

54. Quid sit
ratio primi
subiecti.

55. Virtus pro-
ductiva crea-
turarum in
Deo est
quid absolu-
tum.

56. Deus non
videt crea-
turas in
essentia
specie
expressa.
Scotus.

57. Species
intelligibili
in uno
intellectu
visa alii
intellectui
videndi eam
non sufficeret
ad perfectè
cognoscendum
objectum, cui-
us est.

58. Smif.
disp.

disp. 6. n. 85. circa finem) actum cognoscendi sufficere ad cognoscendum perfectè in illo actu, tamquam medio cognito objectum talis actus. Perfectè, inquam, id est, intuitivè, seu secundum proprias & formales ejus rationes; nam ad cognoscendum abstractivè posset aliquo modo sufficere.

56. Audite Smil. sup. n. 188. Si divina, inquit, cognitio, ut cognita potest esse medium cognoscendi objectum ejus, est, quia, ipsa cognita, terminatio ipsius ad objectum cognoscatur necesse est; nec potest terminatio cognosci, quin terminus cognoscatur; adeoque terminatio divinæ cognitionis ad creaturam non potest cognosci, non cognita creaturâ. Hæc autem ratio in primis non probat de cognitione perfectâ & intuitiva creaturæ, sed de abstractivâ: visio enim aliquo terminato, non necessariò terminus videtur; sed ad summum abstractivè cognoscitur; ut, visio patris sub ratione patris, non necessariò filius videtur; nec, visio imagine, necessariò prototypum videtur, sed abstractivè cognoscitur. Deinde, etiam si loqueremur de qualicumque cognitione, saltem abstractivâ & imperfectâ, verum quidem est, visâ specie impressâ vel expressâ, necessariò abstractivè cognosci terminum sive objectum talis speciei; non tamen hoc est cognosci (etiam abstractivè) objectum per talem speciem, vel in tali specie tamquam medio cognoscendi (prout hic agimus de cognitione unius in altero) sed solum est simul cognosci terminum, & terminatum, speciem, & objectum. Ita Theod.

57. Qui num. 186. asserit, non posse creaturas videri in scientia divina, quâ Deus cognoscit creaturas, ut rectè (inquit ille) Scotus Quodlibet. significat, agens de visione objecti in alterius visione creata, terminata ad tale objectum. Et rationem dat; quod visio repræsentat formaliter, adeoque solum illi intellectui, cui inest, non alteri intellectui, etiam si videat eam visionem: ut enim causalitas formalis non exercetur, nisi respectu proprii subiecti, ita nec repræsentatio formalis. Quæ ratio etiam de visione increata procedit; nam & hæc, licet non per informationem, formaliter tamen repræsentat, quatenus visio est. Quod addo; quia quatenus per identitatem realem essentia divina est, objectivè repræsentat, sicut illa; prout hæc ratione omnem sibi rationem perfectionemque vendicat, quam illa: modò autem agimus de visione increata, ut visio est, ex natura rei formaliter distincta ab essentia, vel saltem ratione fundata in re, secundum Alios, qui ob hanc etiam distinctionem censent, non convenire cognitioni divinæ, ut cognitio est, quod convenit aliis perfectionibus divinis condistinctis, ut tales sunt. Hactenus Theod.

Sed dicit aliquis: est visio increata non repræsentat formaliter creaturas intellectui creato, cui non inest, saltem repræsentabit intellectui divino, cui inest, de qua repræsentatione hic agitur. Planè agitur; sed de repræ-

sentatione objectiva, non formali. Quippe nemo negat, Deum, habendo in se verbum, id est, intellectum essentialem, simul videre se habere tale verbum, & illud repræsentare creaturas; hoc enim facillimum est, & competit Deo ratione suæ eminentissimæ perfectionis, ex qua habet, quod cognoscendo creaturas scit se illas cognoscere; sicut cognoscendo seipsum scit se habere scientiam sui: sed hæc cognitio est quasi reflexa, & extrinseca Deo; & repræsentatio verbi non est objectiva, sed formalis. Quæstio hic est, quomodo Deus formet primum verbum creaturarum: & illius verbi dicimus speciem expressam non esse objectum præcognitum, sed essentiam divinam.

Pro quo nota: idèd solum speciem expressam posse esse medium cognitum; quia, ipsa cognitâ, cognoscitur terminatio ejus ad creaturas, ut sup. diximus ex Smilung; sed illa terminatio, utpote relatio, supponit cognitionem fundamenti, & termini; ergo hæc cognitio terminationis non est prima cognitio creaturæ, de qua hic queritur, ut statim dixi: Adde quod, ut supra dixi, unum relativum non sit medium cognoscendi aliud: neque creaturæ continentur in specie expressâ secundum esse reale; sed solum secundum esse intentionale: ut autem aliquid sit objectum cognitum respectu alterius, oportet, ut contineat ipsum virtualiter & eminenter secundum esse reale; qualiter sola essentia continet creaturas, ut patet ex dictis. Propterea cognoscit Deus ens possibile non tantum reflexè, aut quasi reflexè, sed etiam directè; queritur ergo, in quo directè illud videat, quod nequit dici ipsa cognitio directâ, ut liquet, quâvis in cognitione directâ posset idem objectum reflexè videri. Alioquin non magis videretur creatura in essentia divina, quàm in essentia creata, id est, cognitione formali creata talis objecti; cum tamen omnes agnoscat specialem aliquem modum cognoscendi creaturam in essentia divina.

An fortè hic modus erit, videre creaturam in essentia Dei, tamquam in speculo? Equidem D. Tho. 1. part. q. 12. a. 8. ad secundum, quod erat: Quicumque videt speculum, videt ea, quæ in speculo resplendent. Sed omnia, quæcumque sunt, vel fieri possunt, in Deo resplendent, sicut in quodam speculo: ipse enim omnia in seipso cognoscit. Ergo quicumque videt Deum, videt omnia, quæ sunt, & quæ fieri possunt. Ad hoc, inquam, respondeat Doct. Ang. Quod videns speculum, non est necessarium, quod omnia in speculo videat, nisi speculum visu suo comprehendat. Ubi comparat divinam essentiam speculo; cumque intellectus divinus comprehendat visu suo essentiam; consequenter omnia in ipsa videt, tamquam in speculo juxta D. Tho. Et eadè similitudine speculi utitur Doct. Subtilis 3. dist. 14. q. 2. §. Sed si ista, n. 20. ibi: Actus, quo videtur verbum primum, est actus primus præsens, quo sibi relucent omnia, quæ lucent in Verbo; & hoc, quia Verbum est sibi manifestativum, ut speculum voluntarium representans omnia. Hunc modum

58. Terminatio supponit cognitionem fundamenti.

Unum relativum non sit medium cognoscendi aliud.

59. An creatura videatur in essentia tanquam in speculo.

D. Tho. comparat essentiam speculo.

Videtur etiam secundum.

Smifing.

dum loquendi sequuntur DD. ferè ubique (ut notat Smif. sup. n. 193.) cum de rerum visione in Deo tractant: & desumitur ex variis locis Patrum, non quoad verbum, sed quoad sensum. Quamquam & Concil. Senon. in decretis Fidei c. 13. Tom. 4. Concil. ipso verbo speculi utatur, dicens contra Lutherum, & alios Novatores, docentes, non esse Sanctos invocandos: Sed quàm sit hoc, non modò veritati, sed Scripturis quoque consonum, facile intelliget, qui Beatis pervium esse non ignorat omniforme illud divinitatis speculum, in quo quidquid eorum interfit, illucescat. Si Beati vident in speculo divinitatis, quidquid eorum interfit, quidni & ipse Deus videat omnes creaturas, quas oportet eum gubernare?

Et sic eam
appellat
Concil. Senonense.

60.

Est locutio
impropria.
Felix.

Probat ex
Smif.

Interim (ut notat Felix de Visione c. 1. diff. 6. n. 5.) hæc locutio non est propria, sed metaphorica. Similitudo (inquit ille) stat in hoc, quòd sicut speculum est ratio, quare plura videntur in illo, ita essentia divina est ratio, quare omnia in illa videntur: differunt tamen in multis; sufficit, quòd speculum videtur diversà specie impressa, ac videntur res in ipso; in essentia divina ipsa & omnia videntur eadem specie. Sic ille. Et Smif. sup. vocat hunc modum explicandi visionem rerum in Deo tamquam in speculo, valde improprium, ut proinde sic loquentes non sint intelligendi in rigore sermonis, sed metaphorice; ut sensus sit, quòd sicut speculum visum est causa videndi alia; sic essentia divina visa sit causa videndi res creatas, quomodocumque demum sit causa, quod per speculi similitudinem non satis explicatur. Alioqui, sicut speculum, & repræsentatum in speculo non eadem visione videntur magis, quàm characteres, in charta depicti videantur eadem visione cum charta, sic indidem essentia divina, & possibilia in ea deberent videri distinctis actibus, quod constat esse falsum. Et hinc merito Scotus Quodl. 14. n. 20. in fine sic ait: Respondet: lapis videtur in essentia divina non ut in speculo, in quo reluceat, ut objectum præsens, sed ipsa essentia se ipsam, & soli suo intellectui se repræsentat ante actum intelligenti: sed lapis videtur in essentia divina ut objectum secundarium in primo objecto, non quidem motivo ad intellectionem secundi, sicut movet intellectum proprium, & sicut intellectum nostrum movet principium ad Conclusionem, sed ordine primi objecti, & secundi terminantis, quodam alio, scilicet voluntate movente ad ista duo objecta, ordine quodam actum intellectus terminantia. Igitur essentia non est propriè speculum, bene tamen metaphorice. Propriè autè est objectum præcognitum, ut habet sequens pars Conclus. ita ut per modum speciei impressæ propter suam infinitatem in repræsentando moveat ad cognitionem omnium aliarum rerum, à se distinctarum. Quæ utique perfectio est disparata & distincta ab aliis perfectionibus divinis. Vide superius dicta ex Smifing, qui optimè explicat hanc rem, sicut explicabilis est.

Essentia
propriè est
objectum
præcognitum.

61.

In quo co-
sistat for-
malis ratio

Cæterum admittimus, loquendo de nostro modo intelligendi, non posse intelligi illam perfectionem repræsentandi absque habitudine ad repræsentabile. Sed aliud est loqui de re,

aliud de modo, quo nos propter imperfecti-
nem intellectus nostri rem concepimus. Res
autem est, formalem rationem mediæ cogniti-
onis consistere in aliqua perfectione absoluta,
secundum quam divina essentia est objectum
primum, ut sup. dicebat Scotus; creatura autem
objectum secundarium. Objectum, inquam,
primum, non solum motivum, sed etiam termi-
nativum, adeoque immediatum; creatura autem
objectum secundarium terminativum, & me-
diatè cognitum. Quidni ergo essentia sit ob-
jectum præcognitum respectu creaturarum? Bre-
viter est objectum formale specificativum, non
solum ut movet, sed etiam ut terminat. Porro
ut terminat est objectum cognitum; ergo & est
primum, & est cognitum; & non solum ut
movet, sive ut est species impressa; sed etiam ut
cognita ducit in cognitionem creaturarum. Nam
ut cognita est objectum formale; atque adeo
ratio, quare creaturæ, quæ sunt objectum mate-
riale, terminent scientiam Dei; ergo in essentia,
ut cognita, cognoscuntur creaturæ; ergo in es-
sentia, ut in objecto præcognito, quæ est nostra
Conclus. Vide hæc latius apud Felicem de Vi-
sione cap. 11. diff. 4.

Si dixeris: visio increata est unica & indivi-
sibilis; ergo in illa non est ordo prioris & poste-
rioris; aliàs esset prior seipsa, & posterior, quod
est impossibile. Resp. Felix loc. cit. n. 14. Quòd
in visione non est duplex ratio, una primaria, &
altera secundaria; sed ordo est in attingentia
objectorum: nam ita attinguntur à visione, ut
proponuntur: eum ergo essentia primò propo-
natur, etiam primò attingitur. Seitè ergo dixit
Scotus 1. diff. 1. q. 2. s. Modus ponendi, n. 6. Idem est
actus visionis essentia divina, & aliarum rerum in
essentia: sed essentia in se est primum objectum; res
visa secundarium objectum: non posset autem manere
eadem visio, nisi esset ejusdem essentia; posset autem
manere absque hoc, quòd esset res visa in ea. Igitur
essentia divina, ut est species impressa propria
Dei, aliena creaturæ, movet ad visionem Dei ac
creaturarum; primò tamen ad visionem Dei; 2. ad
visionem creaturarum. Ac prius ipsa cognita est,
quàm sic cognita deducatur in cognitione creatur-
rarum. Ergo videt Deus creaturas in sua essentia,
tamquàm in objecto præcognito, id est, prius vi-
so. Quod sic explicat Felix sup. n. 16. Essentia
Dei, ut est species impressa, est ratio movens ad
videndū Deum, & creaturas; sed eum visio primò
terminetur ad Deum, & secundariò ad cre-
aturas; jam creaturæ in essentia terminata, ac per
consequens cognita videntur; unde essentia di-
vina, ut est species impressa, est objectum moti-
vū, & repræsentatio virtualis, & ratio videndi se-
ipsam, & creaturas; tamen ut visio primò termi-
natur ad illam, est objectum primò cognitum,
in quo creaturæ secundariò videntur.

Sed contrà, idè species impressa movet ad co-
gnitionem objecti; quia est similitudo ejus, scilicet
virtualis; sed hoc non competit divinæ essentia
respectu rerum creaturarum: ergo & c. Minor proba-
tur: nā essentia divina idè non est idea creatur-
rarum, quia non est similitudo ipsarum; ergo neque est
species

CONCLUSIO VI.

Cognoscit Deus creaturas possibiles in seipsis terminativè per cognitionem, quæ sit formalis earum representatio; indistincta tamen ab illa, per quam producentur.

Prima pars patet: nã, ut supra dictum est, Deus cognoscit creaturas non solum secundum esse virtuale & eminentiale, quod habent in essentia divina, sed etiam secundum esse proprium & formale illarum, cum ita sint cognoscibiles; ergo scientia Dei terminatur ad creaturas in seipsis; aliàs Deus non esset infinite sciens; quippe nõ cognosceret creaturas, ut sunt cognoscibiles. Et confirmatur: etenim scientia visionis terminatur ad futura in seipsis: ergo scientia simplicis intelligentiæ terminatur ad possibilia in seipsis; nam non est major ratio unius, quàm alterius: verbo ut absolvam: talis cognitio est possibilis; ergo non est neganda Deo. Contra hanc Concluf. plura adducuntur (inquit Felix de Scientia c. 4. diff. 3. n. 9.) ab Aversariis; sed nullam vim habent, cum creaturæ solum sint objecta terminativa, & nullo modo motiva. Ita intelligitur D. Dionysius de Divinis nominibus c. 7. dicens, Deum extra se nihil cognoscere. Idem habet August. & alii plerique: nam tantum volunt, quod Deus non moveatur ab aliquo creato (id est, quod Deus non discat cognitionem creaturarum ab ipsis creaturis, quasi non haberet eam, nisi concurrentibus creaturis effectivè; sed quod illa ipsa scientia, quam in se, & ex se habet, & motivè, & terminativè propter infinitatem ipsius debeat etiam representare creaturas) non tamen negant, quod creaturæ in seipsis terminent actum Dei. Nam ex hoc neque sequitur, Deum pendere à creaturis; nec cognitionem Dei vilesce-
re, nec dari in Deo cognitionem non beatam, neque scientiam Dei specificari à creaturis, nec creaturas representari in alio, quàm in essentia divina; neque creaturas esse objectum Dei æquè principale, ac est essentia divina, quæ inconvenientia sequerentur, si creaturæ essent objectum motivum. Ita Felix.

A quo si petas: an possibile sit, quod scientia Dei æquè primò terminaretur ad suam essentiam, & ad creaturas; Respondet diff. 4. n. 2. affirmativè; negat tamen n. 3. de facto scientiam Dei sic terminari; sed primò ad essentiam, & secundariò ad creaturas. Et n. 4. dicit: scientiam Dei immediatè terminari ad essentiam, & mediatè ad creaturas, & in hoc sensu creaturas cognosci à Deo, ut in objecto præcognito. Nam, inquit, cum scientia Dei sit infinita, illi concedendum est, ut cognoscat creaturas omnibus modis non dicentibus imperfectionem; sed cognoscat

65
Probat
primam
Concluf.

Confirma-
tur.

Creatura
tantum sunt
objectum
terminati-
vum cogniti-
onis Dei.
Felix
D. Dionys.

66.
An possint
esse objecta
primum, &
immediata.

Affirma-
Felix.

species impressa eorum. Respondet Felix de Scientia Dei c. 4. diff. 4. n. 8. Quod, cum essentia divina sit infinita in omni genere, non solum est infinita in essendo, continens eminenter omnes creaturas in ratione entis, sed etiam in representando; & ita perfectiori modo eas representat, ac species impressa suum objectum, in quo sensu est eminentissima, & perfectissima similitudo omnium creaturarum. Neque ex hoc intelligendum est, essentiam divinam esse ideam creaturarum; nam essentia divina est in memoria fecunda Dei; idea verò, secundum Aug. lib. 83. qq. q. 46. continetur in intelligentia Dei, & est exemplar, instar cuius res producentur ad extra: creaturæ enim non fiunt ad similitudinem Dei; sed ad similitudinem creaturæ cognitæ à Deo, & habentis esse diminutum ab intellectu Dei: ergo tale esse diminutum creaturarum est idea, non essentia divina. De quo plura infra suo loco. Instat hic aliquis: illa continentia eminentialis creaturarum in essentia Dei est ipsamet essentia; sed hæc non est similis creaturis in esse entis; ergo neque in esse intelligibilis, cum intelligibilitas sit passio entis; ergo non representat creaturas ut species impressa, sed sicut creaturæ in ratione entis, ut continentur in Deo, sunt esse ipsius Dei, ita solum habebunt intelligibilitatem Dei, & consequenter essentia divina non movet ad intelligendum eas, nec reddit eas intelligibiles; maxime, cum non representet eas, ut objectum cognitum; quare ergo representabit ut species impressa? Respondet Felix sup. n. 9. Quod, cum intelligibilitas Dei sit infinita, non solum reddit suam essentiam intelligibilem; sed omnia, quæ sunt in ipsa, adhuc secundum esse diminutum, ut habent possibilia in Deo; quod esse formaliter non est esse Dei. Deinde possibilia in essentia Dei cognoscuntur, ut in objecto præcognito, juxta superius dicta; cur ergo nequeant cognosci in essentia, ut in specie impressa?

64. Quia (reponit quispiam) species impressa datur ad determinandam potentiam circa objecta, sed intellectus Dei, quia infinitus, est determinatus ad cognoscenda omnia objecta: ergo non indiget specie. Respondet Felix sup. quod cognitio non solum dependet à potentia, sed etiam ab objecto; & ita, licet intellectus sit infinitus, & possit omnia cognoscere, necessarium est objectum, quod moveat illum; & cum creaturæ moveat non possint, movet essentia ad cognitionem illarum; & ita est species impressa creaturarum: implicat enim, aliquod objectum esse cognitum, & terminare cognitionem, quin moveat intellectum sive per se, sive per aliud. Sic ille. Si autem à me queritur: an Deus cognoscat creaturas possibiles solum in essentia; an verò etiam in seipsis: Responso erit

Non con-
cludit.

Essentia Dei
non est idea
creaturarum.

Instantia.

Nihil valet.

64.

Cognitio
non solum
dependet à
potentia, sed
etiam ab
objecto.

63.

Argumentum
non valet.

cognoscere creaturas in hoc sensu in objecto prius cognito nullam dicit imperfectionem; ergo Deo concedendum est. Sic ille. Subsumo ego: sed possibile est, secundum te, adeoque nullam involvit imperfectionem, scientiam Dei terminari æquè primò ad suam essentiam, & ad creaturas; cur ergo negas, eam de facto sic terminari? Similiter asseris de Visi. cap. 11. diff. 4. n. 11. possibile esse, quòd visio beata terminetur æquè primò & immediatè ad essentiam, & ad creaturas; quia hoc non implicat, nec est imperfectio. Infero ego, ergo visio increata sic terminatur. Si enim visio creata sic possit terminari, cur non etiam increata? Et si possit, quare non debet juxta tuam doctrinam? Expectabo responsum. Interim contra possibilitatem objicitur primò: non esset, à quo specificaretur talis actus: nam cum Deum & creaturam æquè primò respiceret, non esset major ratio, quare ab uno, quàm ab altero sumeret speciem. Respondet Felix sup. de Visione n. 12. quòd ab essentia divina specificaretur; quia hæc esset simul objectum terminativum & motivum. Præterea, erit primum primitate dignitatis & perfectionis. Objicitur secundò: plura objecta non attinguntur eodem actu, nisi unum cognoscatur in alio, ut in objecto præcognito, vel represententur per eandem speciem impressam. Si primo modo, non attinguntur creaturæ immediatè, sed mediatè. Si secundo modo, est impossibile; nam essentia divina solum respectu sui est species impressa: nam si esset etiam species impressa creaturarum, imperfectè contineret eas, nempe in esse intelligibili; quod non est dicendum, cum contineat eas eminenter. Respondet Felix sup. quòd secundo modo attinguntur; neque in hoc est aliqua imperfectio: cum ex continentia aliqua in esse intelligibili non amittat Deus continentiam eminentialem & virtutalem, quam habet respectu creaturarum.

Et verò si Angelus, secundum Aliquos, cum unica specie & unico actu æquè primò & immediatè cognoscit plures quidditates, quidni potiori ratione poterit Deus eum increata sua visione? Quia (inquis) si scientia Dei, ut terminatur ad essentiam, non terminaretur etiam ad creaturas, esset limitata, quod repugnat scientiæ infinitæ. Respondetur: quemadmodum non limitatur scientia Dei ex eo, quòd, ut terminatur ad unum attributum, non terminatur ad alterum, ita non debet limitari, saltem limitatiōne, quæ eum dedecet, ex eo, quòd, ut terminatur ad essentiam, non terminatur ad creaturas, quia equidem à parte rei ad utrumque terminatur. Ut ut sit de hac sententia, quæ saltem probabilis est, liquidò constat ex dictis, Deum cognoscere creaturas possibiles in seipsis terminativè, si non æquè primò ac essentiam, equidem secundariò. Eamque cognitionem esse formalem representationem, & non tantum virtutalem, benè docet Felix de scientia Dei cap. 4. diff. 2. numero 6. contra quosdam dicentes, eam fieri formalem per con-

notationem extrinsecam, quæ connotat ipsa possibilia. Sed (inquit hic Auctor) istæ connotationes non placent. Propter quod dico, scientiam Dei præcisè per id, quod est perfectio Dei, & representatio essentiae divinæ, seclusa connotatione, esse formalem representationem. Et addo, quòd per hoc solum cognoscit Deus illa actu. Ratio est: quia scientia Dei est de se species expressa formalis, & infinita; & est actu in Deo: ergo est representatio formalis cujusque representabilis; sed possibilia sunt cognoscibilia per scientiam Dei; ergo in illa formaliter representantur. Ita Felix.

Enimvero cognitio actualis in nobis est representatio formalis objecti cognoscibilis: ergo etiam in Deo; nulla quippe in hoc ostendi potest imperfectio. Frustra igitur recurritur ad illam extrinsecam connotationem, quæ tantum est ens rationis, consequens formalem representationem possibilem, non autem eam constituens. Ausculta Scotum 1. dist. 35. §. ad argumenta, n. 16. Concedo, quòd in Deo potest esse relatio intelligentis, vel prout hoc, quod est intelligens, terminat relationem intellecti, sicut dominum esse est appellatio relativa, & significat terminare relationem servi: vel prout intelligens dicit relationem rationis positivam; sed tunc non est hoc in primo instanti, nec in secundo; sed in tertio. Rogas: quid ergo est in primo, & secundo instanti? Respondet Scotus ibidem §. ad secundum, n. 15. In primo instanti intellectus est in actu per essentiam, ut est merè absoluta, tamquam in actu primo sufficienti ad producendum quodlibet in actu intelligibili. In secundo instanti producit lapidem in esse intellectu, ita quòd terminus iste est & habet respectum ad intellectionem divinam; nullus autem est respectus e converso in intellectu divino; quia respectus ejus non est mutus. Ergo secundum Scotum intellectio divina, quæ est formalis representatio objecti cogniti, non constituitur aliquo respectu, aut connotatione. Si inferas: ergo, si per impossibile non esset creatura, adhuc esset representatio per scientiam Dei, tamquam per caulam formalem, quod videtur impossibile; ergo non est representatio formalis. Respondet Felix sup. n. 7. dato, quòd creaturæ non essent, adhuc in Deo esset eadem & indivisibilis entitas scientiæ, per quam formaliter representantur, quando sunt, & ita in Deo nihil deficeret: solum defectus esset ex parte creaturarum; nā scientia Dei propter suā eminentiā, & infinitā perfectionem immutata manens, si creaturæ sint, illas representat; si nō sint, non representat; in quo casu solum deficeret scientiæ denominatio representationis respectu creaturarum. Quod etiam reperitur in beata visione creata Christi Domini, quæ est summa, & modò videt has creaturas, modò alias, invariata entitate absolutā visionis; & solum posita diversā attingentiā, in qua non consistit visio. Sic ille. Si rursus objicias: creatura non formaliter, sed virtualiter est in essentia divina: ergo scientia Dei non est formalis representatio creaturæ. Respondet idem Auctor eod. n. in principio creaturam, secundum

Objicitur

Esp. Fel.

Secunda ob-
jectio.Solvitur ex
eod.

67.

Probat
dicta possi-
bilitas ex-
emplo An-
geli.Ostenditur
disparitas.Cognitio
creaturarū
est formalis
representa-
tio, etiā se-
clusa omni
connotatione

68.

Probat
similitudinemIn Disputa-
tioneest effectus
latens in ob-
jecto

Scoti.

Objicitur

Disputatio

in fine

et

tan-

quam

Solvitur

Felix.

Alia ob-
jectio

ex eod.

Felix.

secundum suum esse formale esse virtualiter & eminenter in Deo; esse tamen in scientia Dei secundum suum esse formale, sicut repræsentatum in repræsentante; & ita scientia est repræsentatio formalis illius. Ita Felix.

69. Qui ex doctrina Scoti, superius tradita duo colligit (tra&. de Vis. c. 11. diff. 4. n. 10.) Primum est; quod ad cognitionem creaturarum movetur Deus per essentiam, continentem eas virtualiter. Secundò; quod essentia habet rationem speciei impressæ respectu creaturarum; & in illo primo instanti non repræsentat eas secundum suum esse objectivum & formale, sed solum secundum esse virtuale, quod habent in essentia divina; sicut causa repræsentat suum effectum. In secundo verò instanti cognoscit illas, dans illis esse formale & objectivum; & sic sunt in cognitione Dei, sicut repræsentatum in repræsentante; & conceptus formalis Dei repræsentat eas secundum suas rationes formales objectivas. Hæc ille. Conceptus, inquam, formalis, quo producantur à Deo in esse cognito, quæ est ultima pars Conclus. Et ratio est: quia illa cognitio sufficit: ergo frustra ponitur alia cognitio reflexa. Antecedens patet ex dictis: quia per illum conceptum datur ipsis esse formale, & objectivum, & sunt in cognitione Dei, sicut repræsentatum in repræsentante. Quid aliud requiritur, ut in seipsis terminent cognitionem Dei? Non video.

70. Neque hinc sequitur, quod cognoscantur, tamquam in causa, quod sup. improbatum fuit. Nam solum videntur in absoluto essentia. Et quamvis Deus cognoscens causam cognosceret effectum, ut terminum relationis; non tamen propterea cognosceret effectum in ipsa causa, tamquam in objecto præcognito, ut sup. ostendimus. Atque ex hoc satis patet differentia inter causam creatam, & increatam; nam hæc est infinita in repræsentando secundum esse suum absolutum; secus creatæ; in qua proinde non potest effectus videri, sicut bene in illa. Finio itaque, & iterum dico, Deum videre possibilia in seipsis terminativè, tamquam objecta secundaria in essentia divina, objecto primario; ac fortè etiam immediatè. Et quoniam possibilia quodammodo infinita sunt, subscribo sequentem Conclusionem, in ordine

CONCLUSIO VII.

Cognoscit Deus infinita possibilia actu.

71. An dispo hie, an possit dari infinitum actu, id est, habens actu partes infinitas, æquales uni certæ, non communicantes, simul, & distinctè existentes: quia hæc quæstio ut bene notat Smil. tr. 3. disp. 7. n. 82. planè philosophica est, & plurimis rationibus in utramque partem disputata, nec posset pro sua dignitate disputari, nisi longius à Theologico instituto digrediendo. Ideò breviter dico, tale infinitum impossibile esse, si partes infinitæ sumantur po-

sitivè, id est, pro partibus, quibus nulla potest addi, seu quæ non recipiunt additionem, & quæ per ablationem unius partis finitæ redduntur infinitæ. Vel aliter partes positivè infinitæ sunt, in quibus nequidem per Deum potest designari aliqua, post quam nihil aliud superfit, aut sequatur. Sin autem partes infinitæ accipiantur negativè, id est, pro tot partibus, ut successivè eas enumerando nunquam possit perveniri ad ultimam, constat tale infinitum dari. Hoc vocamus negativum, vel, ut Alii, in potentia, seu synecathogorematicum. Illud autem positivum, sive cathegorematicum.

Et verò omnia entia possibilia esse infinitum negativum, quis rectè inficiatur? Et quis, nisi erroneè, dicere potest, Deum non cognoscere omnia entia possibilia? Num aliqua ratio suadet, potius unum cognoscere, quàm aliud? Sapientia ejus (inquit Propheta Regius Psal. 146.) non est numerus. Et D. Aug. 12. de civit. c. 18. ait: Omnis infinitas quodam ineffabili modo Deo finita est; quia scientia ipsius incomprehensibilis non est. Hinc Scotus 1. dist. 2. q. 2. n. 24. Quarta Conclusio principalis præambula de intellectu, & voluntate Dei, ad infinitatem probandam sistit. Intellectus primi intelligit semper, & distincto actu, & necessario quodcumque intelligibile, prius naturaliter, quàm illud sit in se. Prima pars probatur, scilicet quod possit intelligere quodcumque intelligibile, sic. Hoc enim est perfectionis in intellectu, posse distinctè & actu cognoscere quodcumque intelligibile. Imò hoc posse est necessarium ad intellectus rationem; quia omnis intellectus est totius entis communissime sumpti. Nullam autem intellectionem potest habere intellectus primi, non eandem sibi: ergo cujuslibet intelligibilis habet intelligere actualem & distinctum, & hoc idem sibi, & ita semper & necessario. Subsumo ego: atqui intelligibilia sunt actu infinita saltem negativè: ergo Deus, secundum Scotum cognoscit actu infinita. Subsumptum habet Scotus sup. num. 30. ibi: Intelligibilia sunt infinita, & hoc actu in intellectu omnia intelligente: ergo intellectus illa simul actu intelligens est infinitus: talis est intellectus divinus. Hujus enthymematis proba Antecedens, & Consequentiam. Antecedens sic: quacumque sunt infinita in potentia, ita, quod accipiendo alterum post alterum nullum possunt habere finem, illa omnia si simul actu sunt, sunt infinita actu: intelligibilia sunt infinita in potentia respectu intellectus creati, satis patet; & in intellectu increato sunt simul omnia intellecta actu, quæ à creato sunt successivè intelligibilia; ergo sunt ibi actu infinita intellecta.

Ratio itaque Conclusionis nostræ est: quia Ratio Concl. omnes cogitationes Angelorum, quæ in æternum sunt duraturæ, sunt infinitæ; sed hæc simul repræsentantur Deo in essentia divina: ergo simul à Deo cognoscuntur; & quàmvis actu non sint à parte rei, sunt tamen in mente divina; id est, Deus actu seu actualiter ea cognoscit; ergo Deus actu cognoscit infinita possibilia, etiam quodammodo infinita actu, scilicet negativè, quàmvis non positivè, juxta superius dicta.

L ;

Si

Non est possibile tale infinitum positivum.

Secus negativum.

72. Omnia possibilia sunt tale infinitum negativum.

Primum ens intelligit semper distinctè, necessarid quodcumque intelligibile, que intelligibile. Scotus.

Intelligibilia sunt infinita actu.

73.
*An detur
infinitus
numerus.*

*Negat Fe-
lix.*

*An detur
genus sine
specie.*

*Negat idem
Auctor.*

*An Deus
possit produ-
cere omnia
possibilia.*

Si inferas: ergo dabitur numerus infinitus, saltem objectivè in mente Dei; quod videtur implicare, quia jam daretur species creata infinitè perfectas; nam numeri specie distinguuntur. Respondet Felix de scientia Dei c. 4. diff. 6. n. 3. Neg. sequelam; nam, inquit, si datur infinita multitudo, erit sine numero: nam hoc est de ratione infiniti. Instas: ergo datur genus sine specie; nam esset quantitas discreta, scilicet multitudo unitatum, & non in specie aliqua, cum non sit ultima unitas, quæ dat speciem numero. Respondet idem Auctor Primò: Neg. ultimam unitatem dare speciem numero. Secundò: licet detur numerus infinitus, non sequitur, dari aliquas species infinitè perfectas; nam terminus numeri est denarius; quia superiores solum sunt repetitiones denarii & unitatum, ut duodenarius, nempe denarius, & duo. Sic ille. Sed nunquid benè sequitur: Deus cognoscit infinita actu, v.g. omnia possibilia: ergo potest illa producere? Videtur quoddam sic; quia non est minoris virtutis voluntas, quàm intellectus. Respondent Aliqui: Concedendo totum. Et si dicas: hoc est inconveniens; quia sic exhausta esset omnipotentia Dei, & Deus nihil posset amplius de novo producere, quod videtur absurdum. Respondent, omnipotentiam Dei non fore exhaustam; poterit enim versari circa conservationem ejusmodi multitudinis, item circa annihilationem, & reproductionem talium rerum, in ea multitudine contentarum; modò tamen id faciat eadem numero causalitate, quâ primò produxerat. Verum quidem est, quoddam nihil amplius de novo creare poterit; sed hoc non defectu potentie, sed defectu rei possibilis; cum ponatur, omnia possibilia esse producta, & reliqua implicare contradictionem; ad quæ omnipotentia Dei non posse se extendere, nihil continet absurdi. Sic illi.

74.
*Duplex re-
sponsio Fe-
licis.*

*Quia hic
Auctor vo-
cat infinitum
in actu.*

*An Deus
possit produ-
cere omnia
possibilia
simul.*

Felix ad hanc objectionem sup. nu. 4. Respondet Primò; secundum Scotum 2. dist. 1. q. 3. problema esse, an possit dari infinitum in actu. Secundò: supposito, quoddam non possit dari, eisdem virtutis ac intellectus; tamen cum hoc fiat, quoddam à parte rei non detur infinitum in actu: nam repugnat ex parte rei producendæ; sicut implicat, quoddam motus, qui essentialiter est successivus, simul producat; non tamen implicat, quoddam infinitum in potentia simul & actu cognoscatur à Deo. Vocat hic Auctor infinitum in actu, quod nullum habet finem; sed restant aliæ, & aliæ partes in actu accipiendæ. At verò infinitum in potentia, quod potest esse majus & majus; sed semper restant aliæ partes, & aliæ accipiendæ, sed in potentia; nam in actu semper est finitum. Negat ergo Felix, Deum posse producere omnia possibilia simul, quàmvis omnia simul cognoscat; quia cognitio non implicat, secus productio. Quippe inter entia possibilia sunt aliqua, quæ essentialiter includunt successionem, aut eam supponunt: qualia sunt, motus, relatio posterioritatis & similia. Sed ad hoc respondent Alii; motum

nihil reale includere amplius, quàm primam unionem termini ad quem cum subiecto, & ultimam termini à quo cum eodem subiecto; qui termini si fuerint positivi, etiam uniones erunt positivæ, & poterunt simul poni per Deum.

Verum quidem est, quoddam sic positivæ non dicentur motus, quia ad illam denominationem deberent illæ uniones sibi succedere; sed illa successio nihil reale illis superaddit: undè si illæ partes, quæ motum componunt, ponantur simul, siue successivè, totum reale, quoddam est in motu, equidem verè ponetur. Si autem alter terminorum per contradictionem fuerit negativus, tunc ipsius unio cum subiecto erit ens negativum, & à parte rei nihil; & sic non refert, quoddam non possit simul poni cum unione positiva alterius termini; nam illius defectus non minuit multitudinem entium verorum. De relatione posterioritatis similis est solutio; quia illa nihil aliud est, quàm existentia unius rei post aliam, aut aliquid ex ea fictum; quare si illa existentia, quæ succedens alteri à parte rei potest dici posterioritas, simul ponatur cum altera, ponetur totum reale, quoddam posterioritas includit, etiam si nihil possit denominari posterius. Sic illi. Quidquid sit de productione: sufficit ad veritatem Conclusionis, quoddam Deus possit omnia possibilia, quæ infinita sunt in potentia, vel etiam in actu negativè, possit inquam, simul intelligere.

Planè, inquit, hoc sufficit; sed unde constat, quoddam simul possit intelligere? Nam Deus cognoscit res, ut sunt in se; atqui possibilia non sunt simul; ergo videtur, quoddam Deus non possit ea simul cognoscere. Respondet Felix sup. si Major intelligitur, quoddam si res successivè existunt, Deus successivè illas cognoscit, est plus quàm falsum; si verò intelligitur, quoddam Deus cognoscit res eo modo, quo sunt, id est, quoddam cognoscat modum, quo sunt, est vera: nam cognoscit, quoddam una cognitio Angeli erit post alteram, & una hodie, altera cras, & sic in infinitum; tamen omnia ista, quæ infinita sunt, simul à Deo cognoscantur, & non successivè, & ita simul & actu cognoscit infinita, ita quoddam actu se teneat tam ex parte cognoscentis, quàm ex parte objecti cogniti. Sic ille. Sed quomodo tenet se ex parte objecti? Nam sic deberet dari infinitum in actu, cum tamen, secundum hunc Auctorem, à parte rei non detur. Tu Cogita. Ego malle m dicere ly actu non afficere objectum cognitum seu infinita possibilia; sed tantum ly Cognoscit, ut sensus Conclus. sit, quoddam Deus actu cognoscat possibilia infinita, siue hæc infinitas sit actualis, siue tantum potentialis, juxta jam dicta. Instat aliquis: ergo scientia Dei est exhausta, siquidem cognoscit actu omne cognoscibile. Respondet Felix sup. hoc non esse inconveniens; esset tamen, si aliquid esset cognoscibile, quoddam Deus non cognosceret; argueret enim limitationem intellectus divini, qui tamen infinitus & illimitatus est. Ultimò sibi objicit Felix: nam eodem modo

Prima ob-
jectio.

modo Deus cognosceret possibilia, aut futura, quo cognoscat divisiones possibiles continui, sed ista non sunt actu infinita; alias videret Deus continuum actu divisum, quod est impossibile; cum qualibet pars illius sit quanta, & quantum sit divisibile in semper divisibilia. Respondet autem Negando Majorem; quia inquit, cogitationes Angelorum non sunt sicut continuum: nam qualibet est discreta & distincta ab alia, & ita actu distincta cognoscuntur a Deo. Sic ille. Quomodo ergo possibilia infinita, si Deus distincte omnia cognoscat? Respondeo: illud est absolute infinitum, quod caret parte, quae possit assignari tamquam ultima, successivè procedendo per partes finitas; maxime si illud sit etiam tale, ut illi nihil addi possit. Neque enim ex eo aliquid debet dici finitum, quod distinctè cognoscatur a Deo, qui habet infinitam notitiam. Quid namque mirum, si Deus, qui est omniscius, & seipsum comprehendens, atque infinitus infinita distinctissimè cognoscens, videat in sua creatura quoddammodo infinita, partem postquam, sumptam cum omnibus alijs, nihil amplius talis creaturae restet? Atque hæc satis de questione philosophica. Redeo ad Theologica, & quæro: an in Deo dentur ideæ creaturarum, sive, utrum Deus cognoscat possibilia in seipso, ut in idea. Responsio erit.

Quomodo
possibilia
sunt infinita.

CONCLUSIO VIII.

Dantur in Deo ideæ omnium factibilium: suntque ipsa factibilia in esse cognito.

77.
Ratio nomi-
ni idea.

Idea Græcum nomen (auditis Smiling tr. 3. disp. 2. n. 198.) à verbo εἶδω, id est, video seu aspicio, Latine est idem, quod forma spectabilis, & communis loquentium usu translatus est ad significandam formam exemplarem, quam artifex operando intuetur & imitatur. Et verò quis Deo, summo artificis audeat negare talem formam? Nemo: sed est consors, & confans sententia Patrum & Scholasticorum, ad divinum intellectum ideam quoddammodo pertinere (inquit Theod. sup.) eum supremus ille rerum opifex secundum rationem perfectissimè operetur. Testis est unus pro mille D. Aug. lib. 83. qq. q. 46. ubi dicit, ideam neminem verà religione imbutum negare auctore, imò non etiam profiteri. Et, Tantum in eis vim constitui, ut nisi intellectus nemo sapiens esse possit. Et, Istam visionem animam rationalem fieri beatissimam. Earumdem meminit alijs multis locis, quæ brevitate gratia omitto.

Idea perti-
nens ad Deum

Probat ex
D. Aug.

78.
Quid sunt
ideæ.

Tantum suscribo definitionem, seu descriptionem idearum, quam habet loco jam citato, & sic sonat: Sunt ideæ principales formæ quoddammodo, vel rationes rerum stabiles atque incommutabiles, quæ ipsa formata non sunt, ac per hoc æterna, ac semper

eodem modo sese habentes, quæ in divina intelligentia continentur. Eamque his verbis proponit Scotus, & explicat 1. d. 3. q. 1. 5. Ad ista, n. 12. Idea est ratio æterna in mente divina, secundum quod aliquid est formabile extra, ut secundum propriam rationem ejus. Probatio prima particula: Deus omnia causat, vel causare potest, non irrationabiliter, ergo rationabiliter. Igitur habet rationem, secundum quam format; non autem eandem omnium: ergo singula propriis rationibus format: non autem rationibus extra se: quia non eget in efficiendo aliquo alio à se; igitur rationibus in mente sua: nihil autem in mente sua est, nisi incommutabile: ergo omne formabile potest formari secundum rationem propriam, sibi æternam in mente sua: nihil autem in mente sua tale ponitur, nisi idea, secundum istam descriptionem. Igitur videtur, quod lapis intellectus possit dici idea, ipse enim habet omnes istas condiciones; quia ipse est ratio factibilis extra, propria sibi, sicut arca in mente potest dici ratio respectu arce in materia; & est propria ratio, secundum quam arca in materia formatur: & ista ratio est æterna in mente divina, ut cognitum in cognoscente per actum intellectus divini. Quid autem est in Deo, secundum quodcumque esse sive rei, sive rationis (id est realiter, vel intentionaliter) per actum intellectus divini, est æternum, sicut declaratum fuit sup. dist. 30. quod nulla ratio potest esse nova in Deo per actum intellectus sui. Hucusque Scotus.

Explicatio
definitionis
ex Scoto.

In mente
divina nihil
est nisi in-
commutabi-
le.

Lapis intel-
lectus à Deo
potest dici
idea.

79.
Hic Scotus
cum Aug.
Platonē sal-
vat contra
Arist.

Sed nunquid ideam, sic explicatam negavit Plato? Istud videtur (prosequitur Doct. Subt.) consonare cum dicto Platone, à quo accepit Aug. nomen ideæ. Ipse enim posuit ideam quidditates rerum, per se quidem existentes, secundum Aristotelem & male, secundum August. in mente divina, & bene. Unde loquitur de mundo intelligibili secundum eum. Sicut igitur ponentur ideæ secundum illam impositionem Aristotelis quidditates rerum, ita ponuntur secundum Platonem, ut videtur, quidditates, habentes esse cognitum in intellectu divino. Hoc sensu (ut notat Herinx 1. part. disp. 6. n. 71.) accipi potest illud ad Hebr. 11. v. 3. Fide intelligimus aprata esse secula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent; id est, ut ex rationibus idealibus in verbo Dei omnis creatura fieret, inquit D. Thom. ibidem sive, ex intellectuali mundo (qualis erat in sapientia, & arte Dei) visibilia & uti explicat Ansel. Monol. c. 8. 9. & 10. Quare veteres appellabant ideam mundum originalem, mundum intelligibilem, archetypum, sigillum primitivum, rationes primordiales &c. Hæc ille. Hoc posito (inquit Scotus sup. n. 13.) non oportet laborare circa relationes aliquas formaliter, sive in essentia, ut est objectum, (primarium) sive in essentia, ut est ratio (movens ad cognitionem creaturarum) sive in essentia, ut intelligere divinum (id est, species expressa, seu formalis cognitio) quæ relationes dicantur ideæ; imò ipsum objectum cognitum est idea secundum illud. Quomodo clariùs potuisset nostram Conclusionem, exprimere? Imò & probare efficaciter Doct. Subtilis?

Quomodo
intelligen-
das Apst.
ad Hebr. 11.
Heinx.
D. Thom.

Ipsum ob-
jectum cog-
nitum est idea
juxta Scotum.

80.
Contra ar-
guitur ex
ipso Scoto.
narum

Neque repugnat ei, dum 4. dist. 50. q. 3. n. 4. ait: Sed quid facit idea, si ponatur ad cognitionem, & visionem illam? (loquitur de visione pœ-

narum damnatorum) Dico, quod si, idea ponitur respectus essentia divina ad extra, cognitio illorum, ad qua est respectus ille, necessariò presupponitur: essentia enim nunquam est comparata, nisi prius intelligatur illud, ad quod fit comparatio; non enim fit comparatio ad ignotum. Per quid ergo cognoscuntur illa, ad qua comparatur? Non per cognitionem illius respectus: oportet ergo, quod per illam essentiam, qua perfectissimè omnia repræsentat, qua, ut sic repræsentans illa, et objecta cognita, habet rationem ideæ. Et si arguatur, quod hoc non potest esse, quia illud, quod sic se habet in ratione cogniti, est deductum, vel abstractum ab aliis: ergo habet necessariò exemplar, à quo vel unde productum est sub ratione propria & determinata, & hoc habet rationem ideæ. Dico, quod falsum est; imò ipsa essentia est exemplar illimitatum. Et ista est prima ratio in esse cogniti, non autem alia ratio, que prius dei esse cognitur. Et hæc magis determinate repræsentat, quam aliquid limitatum, nedum extra existens; imò quam aliquid intra. Illo modo loquebatur Aug. quia ipse loquebatur de ideis, sicut Plato: Plato autem ponebat ens in mente divina, sicut per se entia.

81.

Explicatur
à Felice.

Sed nunquid Conclusio nostra id negat? Minimè: nam factibilia secundum esse cognitum ab æterno fuerunt in mente divina, à qua, ut patet ex ante dictis, esse illud acceperunt. Quomodo ergo essentia divina ideæ, juxta Scotum hinc? Prout repræsentat illa, ut objecta cognita: creaturæ autem, ut objecta cognita in essentia divina sunt possibilia, & ideæ, instar ejus creaturæ producuntur ad extra. Ita Felix de Scientia c. 4. diff. 5. n. 11. Unde putat, Scotum hinc potius nostram Conclusionem declarare, quam oppositam statuere. Dixit Scotus (inquit Felix) essentiam divinam, ut repræsentantem creaturas ut objecta cognita habere rationem ideæ, non quia essentia Dei sit ideæ, sed quia est, in qua Beati cognoscunt pœnas positivas damnatorum, de quibus loquitur in tali loco. Sic ille. Et tu nota, Scotum ibi per se non agere de ideis (sed priori loco, in quo in terminis habet nostram Conclusionem) & solum videtur excludere à ratione ideali relationes aliquas in essentia, quæ supponunt necessariò cognitionem extremorum; non autem ipsa factibilia secundum suum esse cognitum, sine quo essentia nullatenus foret ideæ; ipsa tamen essentia, si per impossibile in alio, quam essentia, repræsentarentur. Quidni ergo cum Scoto dicamus, ipsum objectum cognitum esse veram & propriam ideam?

82.

Esse cognitum
proxime di-
rigit voluntatem Dei.
Felix.

Hereulè esse cognitum est id, quod proxime dirigit voluntatem Dei in operatione ad extra, & cui per omnia opus ad extra assimilatur; essentia autem solum remote dirigit, quatenus in se repræsentat creaturam possibilem; neque opus ad extra assimilatur essentia secundum se, sed tantum quatenus continet ejus esse cognitum. Igitur non essentia, sed creatura cognita est propriè ideæ. Ita docet Felix sup. n. 7. cum Aliis, quos citat: Et probat primò ex definitione ideæ sup. ex Augustino, & Scoto data. Secundò ex Aristotele 7. Metaph. dicente, sani-

tatem corporis fieri à sanitate in mente; tamquam ab ideæ. Et ratio, inquit, à priori est: nam creaturæ cognita conveniunt omnia, quæ ad ideam requiruntur. Primò, quia hæc est in mente artificis. Secundò, quia in ea inveniuntur formaliter & in esse intentionali omnia prædicata, quæ Deus in tempore vult realiter formare. Terriò, quia Deus illas aspiciens operatur: & nihil aliud requiritur, ut patet in ideæ creata, ut dicunt Aug. & alii PP. Ergo creatura à Deo cognita est ideæ creaturæ existentis. Et confirmatur, nam sicut arca in mente est ideæ arca, formata ex ligno, sic in Deo creatura in mente est ideæ creaturæ producendæ in tempore. Hæc ille ex Scoto 1. loco citato.

Ejusdem opinionis est Joan. Poncius in suo Cursu Theol. disp. 5. n. 40. & probat eam: quia ideæ creatæ sunt conceptus objectivi rei faciendæ, quoties ille conceptus perfectè habetur. Et sanè, si quis perfectè conciperet ipsam rem faciendam: cum omnibus conditionibus & affectionibus, quas posset habere, frustra omnino recurreret ad aliquid aliud objectum in ordine ad illud faciendum: sed Deus perfectissimè cognoscit res faciendas secundum se: ergo exemplar, & ideæ, quas habet ad ea faciendæ, sunt ipsæ met res, ut sic cognita. Confirmatur, quantumvis cognosceret perfectissimè ipsam essentiam, nisi cognosceret creaturas, non esset determinatus intellectualiter ad creaturas faciendas, nec posset eas facere; & quamvis non cognosceret essentia, si cognosceret tam creaturas, esset sic determinatus sufficienter, possetque eas idealiter facere: ergo creaturæ faciendæ, ut sic cognita, potius habent rationem ideæ, quam ipsam essentia, quomodocumque considerata. Confirmatur secundò, ideæ non requiritur, ut res cognoscatur; sed ut fiat perfectè, juxta quod cognoscitur esse faciendæ: sed ad hoc non requiritur aliud, quam cognitio ipsius rei secundum illam rationem: ergo res sic cognita est ideæ sufficiens. Probat Major quoad primam partem, in qua sola potest esse difficultas. Quia ut res cognoscatur, nihil requiritur, nisi ipsam applicare intellectui, vel secundum se immediatè, vel secundum speciem sui, aut aliquid æquivalens ipsi speciei: sed nec ipsamet, nec species, aut supplet locum speciei habet rationem ideæ, quatenus præcedit cognitionem; quia ideæ, ut talis debet vel esse cognitio, vel esse objectum cognitionis: ergo ideæ non requiritur, ut res cognoscatur. Hucusque Poncius.

Sed, ut verum fatear, hæc duplex confirmatio estò convinceret, essentiam ipsam non esse ideam propriè; haud equidem à ratione ideæ ali excludit formalem cognitionem Dei, quam constat omnimodè necessariam esse, ut Deus idealiter operetur; & idè hanc putant Aliqui esse propriè ideam; non autem conceptum objectivum tam in Deo, quam in nobis. Et probant: quia conceptus objectivus non distinguitur à re producendæ; nihil autem est ideæ ipsius, Deinde ideæ in Deo debet esse ratio aliqua

aliqua æterna, ut patet ex definitionibus sup. assignatis: sed ipsum ens possibile non est aliquid æternum; ergo potius cognitio formalis debet esse idea, quàm objectiva. Audite Smil. sup. n. 206: Probatur, inquit, omnem ideam esse conceptum formalem: quia illud habet rationem ideæ, quod artifex in operando per se imitatur; sed hoc est conceptus formalis operis faciendi; quia solum objectivum exemplar absque formali non sufficit; formale autem sufficit sine objectivo. Quod probatur: quia objectivum exemplar debet esse res cognita, distincta ab eo, quod fit ad illius imitationem; absurdum enim est dicere, quod aliquid fiat ad imitationem sui ipsius; esset enim causa sui ipsius, prout exemplar inter rerum causas numeratur. At non semper artifex in operando imitatur aliquam rem cognitam, distinctam ab opere; sed aliquando operatur ex solo & nullo conceptu operis sui; ut manifestum videtur, tum in iis artificibus, qui opus suum maximè expediunt celeritate, ut non videantur simul de externo exemplari, & de opere ipso posse cogitare; quis enim dicat, agilem scriptorem ad alios characteres, quàm quos ipse pingit, cogitatum convertere? Tum in iis, qui novi operis & artificii nunquam antea visi sunt inventores; adeoque nullum aliud simile, quod imitentur, propositum habeant. Quod si quidam artifices externo & objectivo opus habeant exemplari, per accidens est ex imperfectione operantis; non per se ex ratione agentis per ideam & exemplar. Sic Theod. nomine Recentiorum. Sed hæc doctrina non placet Poncio sup. n. 39. ibi: Nec sanè placet ullo modo, quod dicit Smil. aliquando conceptum objectivum non concurrere ad effectum, idealiter productum; sed solum formalem, licet aliquando etiam concurrat: nam cum nunquam possit esse conceptus formalis absque conceptu objectivo: non potest ostendi, eum, si quandoque conceptus objectivus habeat rationem ideæ, semper illam non habeat: præsertim cum nunquam possit causa idealiter agens non respicere ad illum in sua operatione. Ita Poncius.

85. Sed nunquid Smil. asserit, aliquando posse esse conceptum formalem absque conceptu objectivo? An fortè tantus vir putaverit, posse dari conceptum formalem absque ullo objectivo? Quis sanè mentis id cogitaverit? Quid ergo dicit Theodorus? Possit dari conceptum formalem alicujus artificii absque externo exemplari, quod artifex imitetur, & absque eo, quod concipiat aliquid distinctum ab opere & artificio, quod intendit facere, & facit. Quæ doctrina sana est, & verissima, non solum in Deo, sed etiam in nobis. Et sic patet, aliquando concurrere conceptum objectivum, quando videlicet artifex habet externum exemplar, quod imitetur, vel concipit artefactum, distinctum ab eo, quod facit; secus, secundum illam doctrinam Recentiorum, quando tantum concipit ipsum artefactum, quod facit. Quod tamen non credo esse verum. Et hinc ad fundamentum eorum respondeo: est sufficiens distinctio inter ens

possibile, & actuale, ut illud sit hujus propriè idea. Nam ens possibile nihil reale est præter ipsam cognitionem, quæ realiter distinguitur à re actu, quæ est aliquid reale positivum, quod assimilatur non ipsi cognitioni, cui non competunt prædicata rei, ad extra producta; sed ipsi rei cognitæ. Igitur res possibilis, & actualis est eadem res; sed in diverso statu. Imò aliquo modo res possibilis est perfectior juxta Scotum 4. dist. 1. q. 1. s. Ista ergo, n. 20. ibi: Aliud est loqui de veriori seu perfectiori esse simpliciter, & de veriori, seu perfectiori esse hujus. Lapis enim in mente divina habet esse simpliciter verius & perfectius, quàm lapis extra: quia objectum ut cognitum dicitur habere illud esse, quod habet ipsa cognitio. Unde secundum Aug. super illud Ioan. 1. Quod factum est in ipso vira erat: Res cognita est in Verbo vita creatrix. Et hoc idem; quia cognitio ejus est realiter vita creatrix: quod enim de cognito dicitur objectivè, hoc in ipsa cognitione oportet inveniri realiter. Lapis tamen in intellectu divino non habet verius esse lapis, quàm lapis extra; alioquin aliquid intrinsecum realiter Deo esset formaliter & propriè lapis.

Nec dictis officit; quod sine cognitione artifex non operetur; quippe etiam voluntas non amat bonitatem finis, nisi cognitam; & tamen ipsa cognitio in meliori Philosophia non est ratio motiva, sive causa finalis; sed ipsa bonitas cognita. Ergo consimiliter in calu proposito ipsa cognitio non erit ratio causandi exemplariter, sed objectum, quod per cognitionem applicatur. Illud enim imitatur artifex, non cognitionem formalem, quæ solum requiritur ut conditio, applicans objectum imitabile. Fateor, illud objectum imitabile nihil est reale in Deo præter cognitionem ipsam formalem; nihil, inquam, est reale actuale; sed quid tum? Sufficit, quod sit reale possibile, quandoquidem causa exemplaris non sit physica; sed solum moralis, utpote, quæ nullum realem influxum habeat in effectum; sed solum dirigat artificem in operando. Et de tali ratione objectiva intelligi debet D. Augustinus sup. intelligi debet de ratione objectiva. Planè, inquis, sic est æterna, sed cum magis sit æterna, ut sic loquar, ipsa cognitio formalis, eum & ipsa non debeat intelligi in descriptione D. Augustini? Nā etiam est similitudo intentionalis ipsius objecti; atque adeo opus ad extra assimilatur etiam cognitioni formali. Quid ergo ei deest ad rationem propriæ ideæ? Responderetur; opus ad extra assimilari cognitioni, non ratione sui, neque enim convenit eum ea in prædicatis essentialibus, ut patet, sed ratione objecti; ac proinde hoc potius dicendum est idea, quàm cognitio formalis.

Quomodo ergo, intelligendus D. Aug. lib. 83. qq. q. 46. ubi loquens de ideis ait: *Tanta in eis vis constituitur, ut, nisi eis intellectis, sapiens nemo esse possit.* Et infra: *Quarum (idearum) visio sit (anima) beatissima.* Nunquid creatura possibilis objectum beatitudinis, & non magis

Res possibilis aliquo modo est perfectior re actu, ex Scoto. Aug.

86. Artifex non imitatur cognitionem formalem, sed ejus obiectum.

Causa exemplaris tantum est moralis.

Augustinus sup. intelligi debet de ratione objectiva.

87. Obieitur alia auctoritas D. Aug.

magis cognitio formalis, realiter identificata essentiae? Unde idem sanctus Doctor ait 5. Confess. Beatus est, qui te, & illa novit; sed non beator propter illa. Deinde solâ cognitione essentiae Deus est sapiens. Respondet Scotus sup. 1. dist. 35. num. 13. Quod, nisi cognitio ideis, sapiens nemo esse possit, quantum scilicet ad omnem plenitudinem sapientiae. Licet enim Deus principaliter sit sapiens sapientia essentia sua, ut objecti: tamen non omni modo, si non saperet creaturam: quia creatura, ut intellecta ab ipso, est idea: & ita non intellecta ideis; sapiens omnino esse non potest. Ponitur autem esse sapiens perfectissime in primo instanti (in quo cognoscit suam essentiam) sed non sapiens omnino in primo instanti ita absque secundo (in quo cognoscit creaturas) si autem idea poneretur quadam relatione rationis in Deo, non videretur formaliter esse sapiens in intellectione earum; quia etiam ibi essent ut rationes intelligendi, antequam ipsa intelligerentur.

88. Similiter (prosequitur Doctor) alia auctoritas Aug. Harum visione fit anima beatissima, si idea ponuntur esse quidditates, ut cognita, tunc exponenda est de beatitudine, qua potest haberi in creaturis, ut in objectis: quia certum est, quod non est perfectissima beatitudo in creatura absolute secundum ipsum 5. Confess. Beatus est, qui te & illa novit, nec propter illa beator: sed est intelligendum, beatissima, hoc est, totali beatitudine possibili beata, non quidem in eis formaliter; sed in objecto, cuius cognitio presupponitur istis (id est, in essentia divina) & quasi concomitantem in istis, in quibus aliqua beatitudo est, licet non prima. Et si Aug. aliquando loquatur aliter de ideis, quasi sint rationes cognoscendi aliquid; cum tamen hic non dicat, ipsas esse nisi rationes, secundum quas formantur, qua formantur; potest, inquam, exponi illud dictum ejus, si alibi dicatur, non quod ly secundum, notet rationem formalem intelligendi, sed secundum quas, ut sunt objecta non prima, nec moventia intellectum; sed objecta secundaria terminantia intellectum. Hucusque Doctor Subtilis. Subtiliter pro nostra Conclus.

89. Breviter: Aug. intelligendus est de beatitudine & sapientia extensiva, non tamen intensiva & essentiali, seu primaria. Vel etiam potest dici, quod anima fiat beatissima, non praecise propter, vel per cognitionem idearum, sed quia eadem cognitio tendit in Deum, & objecta creata. Obijciunt praeterea ex D. Aug. quod habet lib. 5. de Gen. c. 5. Quae per Deum facta sunt, vitam esse in illo, & utique ibi meliora, ubi veriora; ubi aeterna & immutabilia. Ergo, si creatura cognita est idea, & creatura cognita est esse Dei; idea erit essentia Dei. Respondet Felix sup. n. 8. Primò, Aug. loqui de esse virtuali & eminenti, quod creaturae habent in Deo, non verò de esse cognito & formali, quod est idea creaturarum. Secundò, si de esse diminuto loquitur, ait esse in Deo vitam; quia hoc esse habent creaturae in cognitione Dei, quae est operatio vitalis Dei, & creaturae nullum esse actuale, & reale habent praeter esse illius cognitionis. Ita explicat Scotus in 4. dist. 1. q. 1. illud Joan.

Quomodo
Deus sapiens
non esset,
nisi cognitio
ideis.
Scotus.

Quomodo
visio idearum
animae fiat
beatissima.
Scotus.

Alia aucto-
ritas Aug.
explicatur
de esse vir-
tuali & e-
minentiali.

1. Quod factum est &c. Videt ejus verba supra. Enimvero non alio modo possibili imitantur, vel participant esse divinum, nisi inquantum a Deo per cognitionem accipiunt esse diminutum, & per omnipotentiam possunt accipere esse actuale, vel etiam quatenus essentia moveat ad eorum cognitionem, quod non est propria, sed lato aliquo modo essentiam esse eorum ideam. Neque enim eadem praedicata conveniunt essentiae divinae, & possibili; sicut bene enti possibili, & actuali, ut proinde ens actuale propriissime imitetur ens possibile.

Sed contra: Gen. 1. v. 26. ait Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem, non hominis possibile, sed nostram. Ergo homo actualis est propriissime similitudo & imago essentiae divinae, ergo essentia divina est propriissime idea. Quippe idea est illud, ad cuius similitudinem causa idealiter agens facit rem. Respondet Poncius sup. n. 41. id verum esse, quando illud ipsum est, quod proximè dirigit causam objective ad rem illam faciendam; aliis non, ut manifestis exemplis declarari potest. Quia (inquit Smif. sup. num. 209.) licet homo generet hominem sibi similem, cognoscendo, & volendo eam similitudinem, non ideo natura generantis ad generationem concurret, ut forma artificialis & idealis; quia non concurret ut repraesentat hominem generandum; sed merè ut naturalis similitudo ejus. Sic item divina essentia, licet sit principium divinae generationis, & Pater divinus, secundum illam sciens, & volens assimilet sibi Filium divinum, non tamen idealiter & artificialiter, sed merè naturaliter; quia non est assimilatio cum Patre secundum principium repraesentativum, sed secundum principium fecundum. Jam autem juxta August. supra idea continetur in divina intelligentia, non autem in memoria fecunda. Eodem igitur modo (concludit Smif. sup.) eo ipso quod creaturae assimilantur divinae essentiae, ut naturae, quatenus ea similitudo sit cognita, & volita a Deo, id non sufficit, ut essentia sit idea creaturae, vel saltem hominis, qui specialiter dicitur factus ad similitudinem Dei propter potentias rationales, in quibus aliquo modo Deo assimilatur, quod non competit creaturis irrationalibus. Inretim haec specialis assimilatio hominis nimis imperfecta est, ut sufficiat ad tribuendam rationem propriae ideae essentiae divinae; quia & ipsa est assimilatio essentiae, ut naturae potius, quam ut formae artificialis, inter quam, & artefactum oportet intercedat perfecta similitudo. Igitur & homo, & aliae omnes res creatae possunt dici similitudines divinae, non artificiales, sed naturales; sicut quilibet effectus est aliquo modo similis suae causae, quatenus in illa eminenter & virtualiter continetur, & ab ea suum esse participat: sed sicut propterea aliae creaturae non dicuntur idea effectus, ita pariter nec essentia divina propter illam virtualem & eminentialem continentiam, sed neque propter representationem formalem, quae ipsi specialis est, illarum

illarum rerum debet dici propriè idea; quia non imitantur illam naturam sive essentiam divinam, ut formam artificialem, sed potiùs ut formam naturalem.

Neque ad hoc quidquam refert (loquitur iterum Smif, sup.) si divinæ essentia addas respectum imitabilitatis: quia hic respectus est ens rationis, quod est impertinens ad constituendam causam entis realis, qualis causa est idea divina: ut omitam, ens rationis non pertinere ad constitutionem ejus, cujus visione anima fit beatissima, & sine ejus cognitione nemo sapiens esse potest, ut de divinis ideis prædicat Aug. Ac denique enti rationis non assimilatur res creata; quomodo ergo idea creaturæ esse potest, aut talis idea ingredi constitutionem, cujus ratio dicitur perfici assimilatione activa, seu imitabilitate? Sic ille. Et Felix sup. n. 6. de hoc respectu imitabilitatis habet sequentia: Vel idea est essentia Dei simul cum respectibus, & hoc non; nam esset tunc idea unum per accedens; vel idea esset ipsi respectus, neque hoc potest esse; quia cum plures sint creaturæ ad extra, absolute non producerentur instar respectuum, neque essent similes respectibus. Neque idea est essentia Dei, connotando respectum, nam prius intelligitur idea, quam sit talis respectus; cum prius intelligenda sint extrema relationis, quæ in præsentia sunt essentia Dei, ut imitabilis & creatura, ut imitativa, quam relatio imitabilitatis. Ita Felix. Si respondeas: quod prius est idea, quam relatio imitationis in creatura futura, quæ est, quæ imitatur ideam, quæ idea est essentia divina, ut imitabilis, quæ imitabilitas est respectus. Contrà (inquit Felix) inquiri: ille respectus imitabilitatis ad quid terminatur? Non ad creaturam futuram, quæ nondum est; neque ad creaturam possibilem, quæ si jam est, in illa consistit idea; cum creaturæ producantur in esse reali instar possibili-um, & ita ante respectum imitabilitatis datur idea. Rursus: eo ipso, quod Deus se intelligit ut objectum primum, intelligit creaturas ut secundarium, & hoc ante talem respectum; sed creatura cognita est sufficienter idea creaturæ producendæ: ergo ante talem respectum est in Deo idea creaturarum. Ita præfatus Auctor.

Infert aliquis: ergo saltem essentia divina, ut repræsentativa creaturarum, erit idea. Quippe ut talis concurrat ad productionem earum. Quæ est sententia Smifing sup. intelligendo ideam objectivam. Respondetur, inde solum sequi, quod nunquam negavimus, essentiam remotè dirigere, quatenus in se repræsentat creaturam possibilem, quæ proximè dirigit voluntatem in operatione ad extra, & cui illa operatio perfectissime assimilatur. Sic etenim species impressa domus v.g. non est idea, sed concurrebat physicè ad repræsentationem domus; ergo consimiliter, tametsi essentia sit objectum quasi motivum, & habeat rationem speciei impressæ respectu creaturæ juxta ante dicta; non tamen propterea propriè dici debet idea. Nec obstat; quod ait D. Dionysius cap. 5. de divi-

Tome 1.

nis nominibus: Exemplaria dicimus esse rationes in Deo substantificas rerum, & univè præexistentes, quas divinus sermo vocat prædefinitiones, & divinas atque bonas voluntates, rerum definitrices & efficientes, secundum quas, qui est supra substantiam, omnia, quæ sunt, prædefiniit & prædixit. Non obstat, inquam, hæc auctoritas: nam ut notat Poncius sup. ab omnibus explicanda est; quia nemo ponit ideas formaliter in aliquo pertinente ad voluntatem, sicut in illa asseritur. Quod ad me attinet (inquit ille) non invenio magis congruam explicationem, quam ut dicatur loqui de prædestinatione, ac ordinatione objectiva, quæ sunt ipsæmet creaturæ volitæ, & ordinatæ æternaliter à Deo. Sic ille. Minorem difficultatem habet locus Damasceni ex lib. 1. de Imag. ibi: Sunt in Deo imagines & exempla rerum, quæ ab ipso futura sunt, nempe consilium ejus æternum, quod se habet semper eodem modo. Respondet Poncius sup. ipsæ res, ut intellectæ à Deo, sunt imagines & exempla ipsarummet, ut fiunt postea. Restat auctoritas D. Ansel. Monolog. cap. 29. dicentis, Similitudinem esse inter res creatas & Verbum; quia ad divini Verbi exemplum omnia sunt facta. Ergo essentia divina est idea, & Verbum per appropriationem. Respondet Felix sup. n. 9. quod sicut Verbo appropriatur cognitio, quia procedit per intellectum, ita similiter ea, quæ habent esse per cognitionem, ut sunt creaturæ possibiles; non quia Verbum sit idea. Quæ cum ita sint, dico, neque essentiam præcisè secundum se, neque ut imitabilem à creaturis, esse propriè ideam, imò nec cognitionem formalem, sed objectivam, seu objectum ejus, quod proximè dirigit actionem Dei ad extra; cognitio autem potiùs se habet, ut conditio, sine qua objectum non dirigeret; nihil enim volitum, nisi cognitum.

Atque hoc, & non alio modo dependet Deus in sua actione ab ideis, sive à possibili-bus, quod non est imperfectionis: nam etiam scientia visionis nequit esse, quin sint futura; & tamen Deus non dependet à futuris, sed potiùs contra: ergo similiter, quamvis Deus non operetur ad extra, nisi prius cognoverit possiblem, tamen propterea non rectè dicitur dependere à possibili-bus, quia non sunt objectum motivum, sed tantum terminativum, ut antea satis dictum fuit. Cæterum (ut ait Smifing sup. num. 205.) hæc controversia quoad eam partem, quæ Recentiores à veteribus Scholasticis dissentiant, videtur mihi tota esse de modo loquendi, quid quisque ideam velit nominare. Nam & conceptus formalis, quem artifex habet de opere, & objectum talis conceptus idea dici potest, quatenus ad utriusque imitationem sit opus, & idea est quædam ratio effectus, ad ejus imitationem ille fit. Et satis aptus videtur modus loquendi Recentiorum: qui tamen velut de re contententes, non satis probant objectum talis conceptus ideam non esse, ut facilè patebit fundamenta illorum expendent. Sic ille.

M 2

Et

Pars affirmans non probatur efficaciter ex D. Dionysio.

Explicatur ejus verba, ex Poncio.

Vt etiam verba quædam Damasceni.

Ex D. Anselmo.

Felix.

Conclusio.

Quo modo dependet Deus ab ideis.

92. An essentia divina ut repræsentativa creaturarum sit idea, Smif.

*Smiling ef-
sentia Dei,
ut repræ-
sentat crea-
turas, vocat
ideam. Eius
responsio ad
Scotum.*

Et de huiusmodi quæstionibus de nomine be-
nè dixit D. Aug. lib. 9. de Civit. c. 4. Verborum
certamini, non rerum examini deputandum est, quod
quæritur. Idem dico de essentia, ut repræsen-
tativa possibilem, quam Smiling vocat ideam;
& ad primum locum Scoti, in quo videtur do-
cere nostram Conclusionem, respondet n. 203.
non debere intelligi de esse cogito, quatenus
importat denominationem extrinsecam, ex di-
vina cognitione resultantem in creatura: quia
hæc denominatio nō est in Deo, nec est ens rea-
le, neque ad ejus similitudinē factæ sunt creatu-
ræ; idea autem divina est quid in Deo, est ens
reale, est exemplar & similitudo rerum creatu-
rum, ut patet ex descriptione ideæ superius
tradita. Debet ergo intelligi de esse cogito,
ut importat intrinsecam perfectionem divinæ
essentiæ, secundum quam ipsa essentia divino
intellectui omne factibile repræsentat, sunt-
que factibilia cognita in illa. Ita Theod.

*94.
Nostra Con-
clusio dicit,
esse factibi-
lia ut cognita
in essentia.*

Sed nunquid nostra Conclusio dicit, facti-
bilia, cognita extra Deum, esse ideam? Mini-
mè; sed cognita in ipsa essentia divina. Ergo
essentia est idea, Negamus Consequentiam; sed
ipsa factibilia, in essentia repræsentata, quæ ab
essentia distinguuntur, suntque entia realia, non
quidem actualia, sed possibilea. An putas, si
quispiam imitetur objectum relucens in specu-
lo, sensum, inquam, propterea speculum ipsum
esse exemplar, sive ideam? Scio, quod non cen-
seas; sed idea erit objectum in speculo relu-
cens, quod opus artificis imitatur, & cui assimi-
latur. Atque ita eum proportionem dici potest im-
præsentiarum, quamvis, ut supra dictum est, es-
sentia non sit omnino propriè speculum, re-
præsentans alias res. Scitè ergo dixit Herinx
sup. n. 75. In via Scoti videtur hic liberum,
tenere, quod lubet: Sic ille. Tu expendere verba
Scoti, & res erit manifesta. Ego inquiri, an
plures sint in Deo ideæ: Poncius sup. in fine
ait, tot esse ideæ in Deo, quot sunt res idealiter
productæ. Rectè quidè in nostra sententia,
quæ docet, ipsa factibilia esse ideæ in Deo.
Quod etiam docet Herinx sup. n. 78 in fine di-
cens: Si idea objectiva constituitur in ipsis re-
bus creabilibus, patet, esse distinctionem talem
inter ideæ, qualis est inter res creabiles. Ita Il-
lustrissimus. Apposuit D. Aug. lib. 83. qq. q.

Herinx.

*Sicut hæc
factibilia
plura sunt,
ita quoque
plures ideæ.
Poncius.*

*Hæc plura
libris often-
duntur ex D.
Aug.*

46. Quis (inquit) religiosus, & vera religione im-
butus, quamvis nondum possit hac inquiri, negare
tamen audeat; imò non etiam profiteatur, omnia, qua
sunt, id est, quacumque in suo genere propriā quā-
dam naturā continentur, ut sint, Deo auctore esse
procreata, eoque auctore omnia, qua vivunt, vivere
&c. Quo constituto atque concessio, quis audeat di-
cere, Deum irrationabiliter omnia condidisse? Quod
si rectè dici, & credi non potest, restat ut omnia ra-
tione sint condita; nec eadem ratione homo, quā equus;
hoc enim absurdum est existimare. Singula igitur
propriis sunt creata rationibus. Hæc autem rationes
ubi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente Creatoris?
Ergo, secundum D. Aug. non est una & indi-
stincta omnium factibilium ratio seu idea; sed
sicut homo distinguitur ab equo, ita ratio ho-

minis à ratione equi, in nostra sententia.

Quod si (prosequitur Poncius sup.) etiam
poneremus ideæ divinas in aliquo increato (v.
g. essentia, vel cognitione formali) identificato
ipsi Deo, satis probabile esset, tot esse ideæ
formaliter distinctas in Deo, quot essent perfe-
ctiones distinctæ in rebus, idealiter distinctis.
Nam universale est, quod quælibet talis perfe-
ctio habet perfectionem correspondentem
sibi specialiter in Deo, continente omnes per-
fectiones vel formaliter, vel virtualiter, aut e-
minenter. Sic ille. Sed non placet Herinx, di-
centi, quod hoc planè est, multiplicare sine
ratione formalitates in Deo distinctas in infi-
nitum. Hinc secutus D. Bonaventuram 1. dist.
35. a. 1. q. 3. solam agnoscit distinctionem ra-
tionis. Hæc sunt verba D. Bon. in corp. Omnes
ideæ in Deo sunt unum secundum rem; sed tamen
plures secundum rationem intelligendi sive dicendi.
Atque hanc esse communem Theologorum
doctrinam, putat Smiling sup. n. 210. ubi sic
ait: Tertio dico, essentiam divinam non modò
realiter, sed etiam formaliter ex natura rei esse
unam & indistinctam omnium factibilium ide-
am. Hæc est communis Theologorum, qua-
tenus dicunt, esse in Deo plures ideæ, solā ra-
tione distinctas; & de hac distinctione expli-
cant August. sup. cit. Cum autem dicunt, solam
rationis distinctionem, excludunt tam forma-
lem ex natura rei, quam realem, prout Scotus
loquitur de distinctione formali ex natura
rei: quia hæc non sumitur ab extrinseco, pro-
ut distinctio rationis sumitur ab extrinseco, sed
est intrinseca passio rei. Ita Theod.

Ego autem dico; quoniam communis The-
ologorum sententia admittit solam distinctio-
nem rationis, & non realem, dicendo solam ra-
tionis distinctionem, videntur tantum excludere
realem. Ut sit de hæc res, quæ parvi momenti
est, Omnes admittunt aliquam distinctionem,
quæ in eo consistit, quod idem realiter actus
dicitur idea Angeli, quatenus terminatur ad
Angelum, idea hominis, quatenus terminatur
ad hominem &c. Et consimiliter essentia divi-
na comparata ad Angelum, quem objectivè
repræsentat, cuiusque est idea, censetur distin-
gui à se ipsa, quatenus comparata ad hominem
&c. Ita explicat Illustrissimus sup. Si autem
quæritur, quorum idea sit in Deo? Respondet
Conclusio nostra: Omnium factibilium. Ita Smi-
ling sup. n. 212. Vel, ut Felix, omnium rerum
realium positiviarum creaturarum, sive sunt acci-
dentia, sive substantiæ, sive genera, sive species,
sive individua, de quibus sunt diversæ ideæ,
secundum diversā prædicata formalia ex natu-
ra rei diversā; non verò peccati, quia hoc non
est producibile à Deo. Ex quo patet (prose-
quitur idem Auctor) quod non est idea at-
tributorum, nec decretorum, quia ista non
sunt producibilia; & quævis Verbum & Spi-
ritus S. sint Personæ productæ, de illis nō datur
idea; quia non producuntur à Patre secundum
principium fecundum. Neque est idea per se
impossibilem, nec non entium; bene tamen per
acci-

accidens ratione entis positivi factibilis. Hæc breviter Felix. Paulò diffusius ea explicemus.

Deus est agens intellectuale, & quidquid ad extra producit, libere, & consequenter intellectualiter ab illo procedit: ergo habet ejus ideam sive exemplar; debet enim cognoscere illud, quod vult facere; atque adeò habet conceptum formalem, id est, cognitionem ipsius, & conceptum objectivum, hoc est, objectum cognitionis; & ipsa cognitio, & objectum ejus representantur in essentia divina: jam autem idea non est aliud, ut patet ex dictis, quam vel conceptus formalis aut objectivus rei, quam agens intellectuale ad extra producit; vel certè essentia divina, ut rem illam representat. Cumque non sit ratio, cur potius unius rei, quam alterius habeat conceptum (nisi velimus dicere, Deum aliquando cæco modo agere, nesciente quid velit producere) aut cur essentia unam potius rem, quam aliam representet (nisi velis dicere, eam in representando esse limitatam, cum tamen sit infinita & illimitata) sequitur manifestè, quòd Deus habeat ideas omnium rerum realium positivarum creaturarum, sive, quod in idem redit, omnium rerum, quæ directè ab ipso producuntur contingenter. Ex quo patet non esse aliquam ideam divinarum Personarum, quæ procedunt naturaliter & necessarid. Et quàmvis Deus Personas divinas, antequam eas producat, cognosceret (quod probabiliter posset negari) tamen illa cognitio est omnino impertinens ad eam productionem, atque etiam ipsamet, ut sic cognita non sunt ideæ: sicut homo, generans hominem, licet cognoscat eum, tamen non dicitur ipsum idealiter producere, quia cognitio est impertinens ad generationem illam, & genitum merè naturaliter assimilat generanti.

Quod attinet ad privationes, & negationes, cum tantum secundariò producantur, quatenus ponitur vel intelligitur ens, aliquod positivum, quidni sufficiat exemplar istius positivi? Præsertim cum non habeant aliquam veram entitatem. Quæ ratio in entibus quoque rationis militat. Adde: quòd omnia entia rationis, quæ Deus producit, necessariò intelligat & producat; ideæ autem requiruntur ad ea solum, quæ libere, seu contingenter producuntur. Cognitio etiam entium rationis non dirigit Deum ullo modo ad ea faciendâ, quandoquidem fiant eo modo, quo fieri possunt, per ipsammet cognitionem. Quid dicam de impossibilibus? Cum & ipsa sint non entia, consequenter careant propriâ ideâ in Deo; propriâ, inquam, id est per se & ratione sui; alioqui sicuti chimæra v. g. componitur ex diversis entibus positivis, quæ tamen hujusmodi compositionem non admittunt, & idèò impossibilibus est; sic ratio istorum entium suo modo factibilis est, & ideam habet. Et hoc sufficit, ne Deus dicatur cæco modo in his agere; sufficit, inquam, ut habeat conceptum illarum rerum positivarum. Perinde autem est, sive illa res positiva sit substantia, sive accidens, genus, species, vel indivi-

duum, composita ex materia & forma, vel simplex, v. g. materia prima, eò quòd hæc omnia sint factibilia, habentia proprium esse, id est, prædicata formalia diversa, ex natura rei distincta; estò genus non producat extra speciem, neque species extra individuum, & vice versâ individuum non producat extra speciem, neque species extra genus; supposito semper, quòd differentia singularis seu individualis speciem entis gradum addat specificæ naturæ, & gradus specificus speciem entis gradum addat specificæ naturæ, & gradus specificus speciem entis gradum addat naturæ genericæ.

Fateor tamen (inquit Smiling sup. n. 212. in fine) in sententia D. Thomæ & Aliorum dicente, quòd gradus genericus à gradu specifico solâ ratione distinguatur, satis consequenter dici, Deum non habere propriam ideam genericæ naturæ, aliam ab idea naturæ specificæ, quia tunc non habent verè distinctum esse. Idem autem debent dicere de gradu specifico cum gradu individuali comparato, quos similiter ratione solâ distinguunt; adeoque, secundum hunc Philosophandi modum, solæ restant propriæ ideæ singularium. Sic ille. Negat enim D. Tho. 1. part. q. 15. a. 4. ad 4. materiam primam fieri per propriam ideam, quam ait fieri per ideam compositi: & accidentia, quæ simul fiunt cum subiecto, seu inseparabilia sunt à subiecto, dicit fieri per ideam subiecti. Et prioris partis rationem dat; quòd materia secundum se non habet esse; posterioris verò, quòd accidentia inseparabilia fiunt per formam subiecti. Quorum primum in schola Scoti falsum est, ubi materia habet non solum essentiam, sed etiam existentiam, distinctam à forma, ita ut per Deum absque ea possit existere: secundum verò, licet aliquo sensu admitti posset (inquit Smiling sup.) non tamen ita, quin Deus speciali actione concurret ad emanationem illorum accidentium à suis subiectis, quemadmodum concurret ad effectiorem aliarum formarum, quæ aliquod principium creatum pro causa proxima habent: undè non potest non propriam habere ideam materiæ, & omnium accidentium. Ita Theod.

Quid ergo vult D. Aug. quando sup. dicit: Deum extra se nihil cognoscere? Respondeo, Deum non habere exemplar, sicuti aliquando habent pictores ad pingendum. Et eodem modo intelligitur D. Dionys. de Coelest. Hierar. c. 7. dum ait, Deum non cognoscere res, secundum ideam. Porro D. Ansel. cap. 23. Monol. (ut refert Felix sup. num. 2. quàmvis ego nihil ad propositum nostrum ibi invenia) dicens, Satis manifestum esse, in Verbo, per quod facta sunt omnia, non esse similitudines rerum, solum intendit, Verbum non accipere similitudines à rebus; cum potius similitudines sint in illo, cum omnia facta sint per ipsum. Ita explicat hos Patres præfatus Auctor. Restat una quæstio; an detur idea de rebus futuris, sive idea complexionum contingentium de actuali esse creaturæ, substantiali, vel accidentali;

tis possi-
vix.

99.
An genus
habeat dis-
tinctam
ideam à
specie.
Smiling.

D. Tho. ait,
materiam
non habere
propriam
ideam, ne-
que acci-
dentia.

Oppositum
docetur in
schola Scoti.

100.
Quomodo
Deus nihil
extra se co-
gnoscit.
D. Aug.

An detur
idea de re-
bus futu-
ris.
Scotus.

tali; an verò solum de creatura in esse possibili, & secundum solam necessariam complexionem. Hæc est sententia Doct. Subr. 1. dist. 39. §. Circa istas quaestiones, n. 7. Rationes cognoscendi terminos alicujus complexionis non sufficienter causant notitiam illius complexionis, nisi illa nata sit cognosci ex terminis; complexio autem contingens non est nata cognosci ex terminis; quia tunc non tantum esset necessaria, sed etiam prima & immediata: ergo rationes cognoscendi (id est, ideæ) terminorum, quantumcumque perfecte representant eos, non sunt sufficientes causa cognoscendi illam complexionem contingentem. Præterea: idea merè naturaliter representant illud, quod representant; & sub naturali ratione, sub qua aliquid representant. Quod probatur ex hoc: quia idea sunt in intellectu divino ante omnem actum voluntatis divina, ita quod nullo modo sunt ibi per actum voluntatis divina: sed quidquid naturaliter præcedit actum voluntatis est merè naturale. Accipio igitur duas ideas extremorum, quæ representantur in eis, puta hominis, & albi: quæ, aut ista ex se representant compositionem istorum extremorum, aut divisionem, aut utrumque. Si tantum compositionem, ergo naturaliter cognoscit illam, & ita modo necessario, & per consequens, nullo modo cognoscit divisionem; eodem modo, si tantum representant divisionem. Si utrumque, igitur Deus per istas nihil novit; quia scire contradictoria esse, vel esse vera, nihil est scire.

Idea naturaliter representant.

101. Differentia futurorum a possibili- bus est per actum voluntatis.

Probatur ex Smif non dari ideam futuri.

Præterea: eodem modo sunt idea possibilium non futurorum, sicut futurorum: quia differentia ista possibilium non futurorum a futuris non est nisi per actum voluntatis divina; ergo idea futuri possibilis non magis representat ipsum futurum esse, quam idea possibilis non futuri: non præterea magis representabit idea futuri, ipsum ponendum esse in hoc nunc, quam in illo. Hæcque Doct. Subr. subtiliter & clare. Quem sequitur Smif sup. n. 211. Et ratio (inquit) est: quia ponere effectum in esse actuali sive substantiali, sive accidentali, pendet à voluntate artificis, ante ejus determinationem non vendicat sibi effectus tale esse: at voluntas artificis operantis secundum ideam supponit representationem idealem: ergo hæc representatio idealis non attingit complexionem contingentem de esse actuali substantiali, vel accidentali effectus. Probat Minor: quia sicut artifex ille operatur, secundum quod opus representatur per ideam, ita vult operari, secundum quod opus representatur per ideam: supponimus enim, ipsum voluntarie operari: ergo voluntas talis artificis idealem representationem supponit. Sic ille.

102. Idea divina pertinet ad simplicem intelligentiam Felix.

Ex quo inferit, divinam ideam objectivam ad objectum simplicis intelligentiæ pertinere, & divinam ideam formalem esse scientiam simplicis intelligentiæ. Secundò: ideam divinam ad scientiam particularem pertinere, si in Deo scientia sua principia. Quamquam & apud Felicem, quem nos secuti sumus, idem dicendum sit de idea objectiva, quam solam agnoscit, & sup. negat dari de rebus futuris; dicendum, inquam, pertinere ad objectum simplicis intel-

ligentiæ, sive esse objectum simplicis intelligentiæ; cum non sit aliud, quam esse cognitum rei possibili. Proinde non in essentia divina, aut respectu imitabilitatis, ut in idea cognoscuntur possibili, cum hæc non sint idea, ut patet ex dictis; sed per illam cognitionem, per quam producuntur, & habent esse cognitum, cognoscuntur à Deo. Nam illa (inquit sup. Felix n. 16.) sufficit, & ita non est necessaria alia cognitio reflexæ: cum cognoscens Deus suam divinam essentiam secundum esse ejus absolutum, in ipsa represententur omnes creaturæ, cum sit infinita in representando. Objectiones in absoluto essentia divina cognoscuntur creaturæ, ex eo est, quia illas eminenter & virtualiter continet; ergo cognoscuntur in essentia, ut in causa: ergo similiter in causis creatis cognoscuntur effectus intuitivè, cum in illis contineantur. Respondet Felix sup. Conced. Antecedens; nam Deus est infinitus in omni genere, & ita in representando, quod non habent causæ creatæ; nam solum continent effectum in essendo.

Neque ex hoc sequitur, quod cognoscantur creaturæ in Deo, tamquam in causa; nam solum cognoscuntur in absoluto essentia. Ad id, quod cognoscens Deus se, ut causam, & ut relativum, adhuc in se non cognosceret creaturas: nam unum relativum non cognoscitur in alio, etiam si simul cognoscatur; solum enim cognosceretur creatura secundum suum esse formale abstractivè. Hactenus Felix. Et veritas patet ex supra dictis. Atque hie fuisset finis hujus Conclusionis, & Sectionis, nisi aliquis me interrogasset: censens, in Deo esse aliquid, quod habeat necessariam connexionem cum creaturis, ita ut ex vi visionis illius viderentur necessariæ creaturæ? Non censo: & si ita intelligas, creaturas videri in essentia, ut in objecto præcognito, dico, non videri. Ita Felix de Vis. c. 11. diff. 4. n. 3. cum Scot. 1. dist. 43. q. 1. §. Hic dicitur n. 4. in fine; ubi hæc lego: Tertiò similiter infero; quod potentia, ut est attributum divinum, & dicitur perfectionem simpliciter, non dicit aliquem respectum ad creaturam; quia nulla perfectio divina, & simpliciter dependet a creatura. Hoc autem idem probat Ansel. Monol. c. 15. cum illa relatio ad creaturam non dicat perfectionem simpliciter etiam in Deo: quia tunc Deus non esset talis, si creatura non esset. Est autem perfectus omni perfectione simpliciter ex se, & ex natura sua, & non ex aliquo respectu ad creaturam. Hoc igitur illatum (quod puto esse verum) non debet respici, sicut inconveniens. Ita Doctor noster, quem sequuntur omnes Scotistæ, & nos cum illis.

Ratio itaque hujus doctrinæ est: nam si est aliquid (inquit Felix sup.) in Deo, habens necessariam connexionem cum creaturis, ita ut sine illis impliciter esse, sequeretur, aliquid, quod non est Deus, esse ita necessarium, sicut Deus, quod est absurdum. Probat sequela; nam quod dicit necessariam connexionem cum aliquo, nequit esse sine illo; sed dari tale esse, impossibile est. Probat; nam si aliquid esset, maxime

maximè esse possibile creaturarum; sed hoc non: nam creaturæ possibiles supponunt Deum, dantem illis esse: ergo esse possibile non est ita necessarium, ac esse Dei. Quis enim dicit, quòd, si non esset possibilis equus, non esset Deus? Sic ille. Sed audio Thomistam dicentem: si non esset possibilis simia, neque Deus esset omnipotens; nihilominus magis necessarius est Deus, quàm possibilitas simiæ. Et sit exemplum: Petrus est homo: ergo Petrus est risibilis, si impossibile est Consequens, & impossibile erit Antecedens: sed magis verum est Antecedens, quàm Consequens; quia ex Antecedente emanat veritas Consequentis. Sic Thomista. Numquid evincit intentum? Audite Felicem sup. semper, inquit, sequitur, Deum dependere à creatura; nam esse possibile creaturarum est aliquod ens, non quidem primum, & à se ipso omnino independens: ergo non est Deus: ergo aliquid creatum, vel creabile: non ergo potest esse, à quo Deus dependeat. Neque exemplum valet: nam Antecedens non est magis verum, quàm Consequens; sed est nobis magis notum, & est ratio, propter quam cognoscimus veritatem Consequentis. Neque potest Deus esse magis necessarius, quàm creatura, si à creatura dependet; nam, deficiente creatura, etiam deficeret Deus: ergo non habet maiorem necessitatem essendi, quàm habet creatura. Et patet in exemplo: si enim ex præmissis aliqua sit probabilis in aliquo Syllogismo, licet altera sit evidens, non potest Conclusio esse plùs, quàm probabilis; quia malum ex quocumque defectu, & Conclusio sequitur debiliorem partem: ita ergo, licet Deus ab intrinseco sit infinitè necessarius, si in suo esse dependeat à creatura, non potest habere maiorem necessitatem, quàm creatura habet; nam necessarium est, quòd in hoc sequatur partem infirmiore; atque adeò erit dependens, & independens; dependens à creatura, & independens, quia à se.

Si dixeris cum Suarez lib. 9. de Trinit. cap. 6. num. 9. non esse magis necessarium Verbum divinum, quàm creaturam possibilem. Contrà (inquit Felix supra num. 4.) creatura possibilis habet necessitatem à Deo: ergo Deus est magis necessarius: nam propter quod unumquodque tale, & illud magis. Deinde: Deus est à se, creatura possibilis à Deo; ergo magis necessarius est Deus. Respondent Alii, non esse inconveniens, aliquam veritatem superiorem destrui, ablatà inferiori, non per locum intrinsecum, sed quasi ab extrinseco; sicut destructis Conclusionibus, necessariò deductis ex principio, destruitur veritas principii. Sic ergo, licet creatura possibilis formaliter sit veritas creata, & à Deo participata, & inferior illo; tamen radicaliter est veritas divina, quia Deus est radix possibilitatis creaturarum; sed non potest tolli formalis possibilitas, nisi destruantur possibilitas radicalis, eò quòd formalis possibilitas non est aliquid reale extra Deum; aliàs esset aliquid productum & exi-

stens, & non solum possibile: est ergo possibilitas formalis non repugnantia, & extrinseca denominatio, proveniens à possibilitate activa & radicali, quæ est in Deo: extrinseca ergo denominatio in objecto non aufertur, nisi auferatur forma, à quâ provenit, sicut esse visum non potest tolli, nisi cessante visione, quæ est in oculo. Hæc illi.

At non placent Felici: hinc contrà arguit, *Rejicitur à Felice.* Primò: exemplum non valet; nam si, destructa Conclusionem, destruitur principium, non ex eo est, quòd principium dependeat à conclusionem; sed quia, qui negat conclusionem, fatetur connexionem, quàm habet cum principio: unde prædicatum principii, v. g. Petrus est homo; ergo Petrus est animal, nempe, Homo, est prædicatum essentiale Petri: in nostro casu nullum prædicatum Dei, quod est principium, est prædicatum essentiale alicujus partis creaturæ possibilis: ergo Deus, & creaturæ non se habent sicut principium, & conclusio, quæ necessariò sequitur ex illo.

Quòd magis constat; nam, posità creaturà, necessariò ponitur Deus; non tamen, si fatetur quis conclusionem, quia verè, fatetur etiam principium; nam aliquando principium non stat, quia est falsum; v. g. Omnis homo est arbor; Platanus est homo, & tamen stat, & est vera conclusio: Ergo Platanus est arbor, quod contingit ex dispositione medi, quod in Deo non contingit: ergo non se habet à principium.

Præterea (prosequitur idem Auctor) re-jecto, quòd possibilitas creaturarum sit illa extrinseca denominatio (vide ipsum de Scient. c. 4. diff. 1.) omnipotentia, vel Deus non dependet à creatura possibili; sed solum Deus petit ex natura sua, ut creaturæ sint ab eo producibiles, & dependentes: ergo, etiamsi creaturæ destruantur, non destruetur Deus. Huc atque Felix. Sed nondum finis: quippe probat secundò suam doctrinam ex Scoto supra; quia omnipotentia est attributum Dei absolutum; ergo non dicit relationem, vel connexionem cum creatura. Respondent Alii: Concedendo Antecedens, & Negando Consequentiam: nam licet omnipotentia non dicat relationem ad creaturas, tamen dicit connexionem cum illis; quia illas in se continet, & non potest cognosci, quin ex vi visionis cognoscantur aliquæ creaturæ. Sic illi.

Contrà, inquit Felix: sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci; sed omnipotentia in suo esse non dependet à creaturis; ergo neque in suo cognosci: ergo, non cognitis creaturis, cognosceretur omnipotentia, & destructis per impossibile creaturis possibilibus, ut si repugnant, adhuc Deus esset omnipotens: ergo nulla esset connexio inter omnipotentiam, & possibilia. Respondent iterum, quòd, si creaturæ non essent possibiles, Deus non esset omnipotens, neque haberet virtutem ad producendas creaturas. Sed contrà: quia virtus Dei est independens à quolibet non Deo: ergo esset ex se omni-

106.
Deus & creatura non se habent sicut principium & conclusio.

Deus non dependet à creatura possibili.

107.
Omnipotentia non dependet in suo cognosci à creatura.

Objectio Thomistæ.

Responsio Felici.

Probatur à simili.

105.

Suarez. Deus est magis necessarius, quàm creatura possibilis. Felix. Responsio aliquorum.

104.

Probatur à simili. Respondent Alii. Respondent Alii.

*Esse Dei est
prius esse
creaturarum.*

nipotens, sicut est modò, etiam repugnet
produci chimera. Cum ergo esse Dei sit prius,
quàm esse creaturarum, & tale esse sit distin-
ctum realiter à Deo; optimè stat, quòd Deus
sit, etiam si creaturæ possibiles non sint; sed sint
impossibiles; imperfectio enim non intelligen-
di hoc stat; quia nos concipimus omnipoten-
tiam, ut relatum ad terminum, quæ ita non est,
sed solum est virtus absoluta producendi, quid-
quid non implicat contradictionem. Ulque-
adhuc Felix.

*198.
Omnipoten-
tia est attri-
butum abso-
lutum in
se esse.*

Breviter dico: sicut se habet res ad esse,
ita etiam cognosci, sed omnipotentia est
attributum absolutum in suo esse; ergo eti-
am in cognosci: porro ex imperfectioe intel-
lectus nostri provenit, quòd eam concepiamus
eum respectu ad creaturas; esto à parte rei
non sit nisi virtus absoluta producendi, quid-

quid non implicat contradictionem. Sicut ergo
Deus aon definit esse omnipotens, tamen ne-
queat producere chimera; sic indidem non
defineret esse omnipotens, si finia defineret
esse possibilis; quàmvis tunc non posset eam
producere; & idem est, quàmquam omnia pos-
sibilia definerent esse talia; adhuc quippe om-
nipotentia retineret primum suum & prin-
cipale objectum, scilicet objectum increatum,
seu essentiam divinam, quandoquidem, ut sup-
dictum est, ipsa non distinguatur à voluntate,
sive volitione actuali. Et hæcenus quidem de
scientia Dei circa objectum creatum possibile.
Sequitur, ut eam intueamur, prout versatur
circa objectum creatum futurum, & in primis
circa futurum contingens absolutum, pro quo
instituitur.

SECTIO QVINTA.

DE SCIENTIA DEI CIRCA FUTURVM CONTINGENS ABSOLVTVM.

*1.
Quid sit
futurum.*



Uturum est illud, quod non est in
hoc instanti, erit tamen in tempore
sequenti. Porro omne futurum
dici potest contingens, vel natura-

*Omne futu-
rum est con-
tingens.*

le, vel liberum. Contingens naturale provenit
à causa naturali, quæ, quàmvis ex se sit deter-
minata ad hunc effectum, & propterea ab ali-
quibus vocetur futurum necessarium; equidem
potest impediri vel ab aliis causis naturalibus,
aut certe à causa prima, quo minùs talem effe-
ctum producat; quidni ergo vocari possit effe-
ctus contingens, id est, qui potest esse, & non
esse? Cùmque id locum habeat in omni ente

*Deus potest
dici agere
contingenter*

creato, sequitur manifestè, omne ens creatum
quodam modo esse contingens. Atque
sed Deus potest commodè dici agere con-
tingenter, sive esse causa contingens, id
est, esse contingens in causando, sic ut
hæc contingentia activa (ut ita loquar) sit
idem, quod libertas, quæ dicit perfectionem
simpliciter: licet contingentia passiva, quæ est
contingentia in essendo, imperfectio sit, &
idèò Deo nequeat competere.

*2.
Est semen-
tia Scoti.*

Scitè ergo dixit Scotus 1. dist. 2. q. 2. §. O-
stenso esse, n. 20. Aliquid causatur contingenter:
ergo prima causa contingenter causat; ergo volens
causat. Probatio prima Consequentia: qualibet cau-
sa secunda causat inquantum movetur à prima: ergo,
si prima necessariò movet, qualibet alia necessariò
movetur, & qualibet necessariò causat: ergo si ali-
qua secunda causa contingenter movet, & prima con-
tingenter movebit; quia non causat secunda causa,
nisi in virtute prima causa, inquantum movetur à
prima. Sed de hæc doctrina Scoti alibi latius; vi-

deatur Smising tr. 3. disp. 2. à n. 43. sufficiat,
hic eam insinuasle.

Rogat aliquis, quid sit contingens liberum.
Respondeo: quod provenit à causa libera, li-
berè operante, scilicet à voluntate creata, vel
increata; & hoc propriè vocatur contingens
(ut notat Felix de Scientia c. 5. n. 1.) de cujus
præscientia in Deo, impræsentiarum maxime
disputatur; & quidem hac Sectione de contin-
genti absoluto, id est, quod absolute futurum
est; sequenti autem Sectione de contingenti
conditionato, quod absolute non est futurum,
sed ex suppositione alicuius conditionis ante-
cedentis, ut ibi plenius dicetur. Incipio ab eo,
quod tertium est, si non ex lumine naturali, sal-
tem ex fide, & dico primò:

CONCLUSIO I.

Deus infallibili perspicacitate ab
æterno intuetur omnia futura
contingentia, etià libera, secun-
dum proprias, & formales, ac
singulares cujusque rationes.

PRobatur ex Scripturis, Ecclesiastici 23. v. 28.
& 29. Oculi Domini multò plus lucidiores sunt
super solem, circumspicientes omnes vias hominum,
& profundum abyssi, & hominum corda intuentes
in absconditis partes. Domino enim Deo, antequam
crearentur, omnia sunt agnita; sic & post perfectum
respi.